INDICEM LECTIONUM

IN

UNIVERSITATE LITTERARUM BERNENSI

INDE

A DIE VIII APRILIS MENSIS

USQUE

AD DIEM XV AUGUSTI MENSIS ANNI MDCCCXXXXI
HABENDARUM

PROPONIT

RECTOR ET SENATUS.

PRAEMISSA EST

CAROLI GUILIELMI MÜLLERI,
THURINGI,
PHILOS. DOCTORIS, ANTIQUARUM LITTERARUM PROFESSORIS,

ANALECTORUM BERNENSIUM PARTICULA III:

DE CODICIBUS VIRGILII, QUI IN HELVETIAE BIBLIOTHECIS ASSERVANTUR, SPECIMINE VARIETATIS SCRIPTURAE ET SCHOLIORUM ADDITO ET OCTO TABULIS LITHOGRAPHICIS ADJUNCTIS.

Karl Wilhelm Müller

BERNAE,
EX OFFICINA C. A. JENNI, PATRIS.
1841.

Non spero ulli carminum Virgilianorum amatori injucundum fore, si breviter exponam, quae codices manuscriptos Virgilii in bibliothecis Helvetiae asservatos perlustrans aut nova et minus cognita invenerim, aut de eorum usu critico mihi judicanda esse videantur. Multa enim hae bibliothecae, etiam catalogis St. Gallensis, Einsidelensis et Basileensis bibliothecarum ab Haenelio publicatis, adhuc non satis cognita continent, et Virgilii praecipue codices nemo adhuc, quantum equidem scio, accurate inspexit, quamquam in Basileensi bibliotheca complures, in Bernensi quindecim codices vel Virgilii carmina, vel commentaria a veteribus grammaticis in Virgilium composita continentes asservantur. Quid, quod nemo antiquissima fragmenta, quae in bibliotheca St. Gallensi ab Ildefonso ab Arx detecta sunt, accurate contulit et cum viris doctis reperta communicavit. In iis proponendis, quae mihi vel nova vel notatu digniora invenisse videor, ita versabor, ut primum codices, quos inspexi et in meum usum contuli, breviter describam, deinde codicum discrepantem scripturam, quae in parte secundi Aeneidis libri est, proponam, denique ope lithographorum specimen addam, quomodo codices scripti sint.

Codices manuscripti.

I. Ab Ildefonso ab Arx in bibliotheca St. Gallensi undecim codicis Virgiliani antiquissimi fragmenta, partim rescripta, partim tegumentis librorum agglutinata, reperta sunt. Ego et ipse haec fragmenta inspexi et varietatem scripturae et alia, quae ut enotentur digna sunt, descripsi, et v. d. Henricus Hattemer, apud St. Gallenses professor, collationem a se accuratissime factam liberalissime mecum communicavit, ut non facile ulla res gravior a me omissa esse possit. Scriptus est codex in membrana optima, quinos denos digitos alta, quinos denos lata. Lineae in quaque pagina integra stilo incisae iisque versus impositi undeviceni numerantur, sed cum versus in pagina aversa et adversa in eadem scripti sint linea, saepe atramentum, magna peredendi vi praeditum, et temporis longinquitas effecerunt, ut omnis littera cum membrana exciderit, vacuumque spatium supersit [1]), nonnunquam vero atramentum tantum recessit et membrana atramento peredente excavata superest [2]). Versus altitudinem quinarum linearum habent, et cum inter binos versus vacuum spatium fere ternarum linearum sit, scriptura cujusque paginae octonorum digitorum et binarum linearum spatium occupat. Longitudo versuum, quorum quisque linea verticali ab initio ducta a spatio marginali separatur, octo, novem vel decem digitorum est. Litterae sunt capitales fere quinas lineas altae, exceptis F et L, quae semper altitudine inter reliquas eminent. Nullae litterarum conjunctiones inveniuntur, praeterquam quod nonnunquam in fine versuum litterae NS et NT connexae

[1]) Vid. in tab. lithog. II, lin. 1. vocabulorum *sarmenta videmus* litteras *e, t, a, i.*
[2]) Vid. in tab. I. spec. I, d. lin. 2. vocabulorum: *ignotus egens deserta peragro* litteras: *i, g, n, u, s, g, n, s, d, e, s, e, r, t, r.*

sunt [3]); nullum scriba compendium scripturae, vocabuli *que* compendio excepto, adhibuit [4]); nulla adsunt inter singula vocabula spatia vacua, nullae membrorum orationis per notas distinctiones, si apostrophum ('), qui et puncti et semicoli vice fungitur [5]) exceperis. Praeterea nonnullis aliis indiciis [6]) codicem antiquissimum esse probari potest.

Codicis folia, quae supersunt, partim integros versus continent, partim ab initio vel in fine decurtata sunt. Unius horum foliorum pagina adversa, quae rescripta est, haec tantum continentur:

P. VERGILI [7]) MARONIS BVCOLICA EXPLICIT
INCIPIT GEORGICA LIBER ·I·

Pagina aversa vacua est. Tria folia, quorum unum latus rescriptum est, versus quarti georgicorum libri continent, primum folium versus 345 — 362 et 364 — 381, secundum versus 383 — 400 et 402 — 419, tertium versus 336 — 353 et 354 — 366. Paginae rescriptae psalmos, hymnos et cantica continent, et Virgilii versus partim facili negotio legi possunt, ut versus georgicorum 343 — 362; aliae paginae et paginarum partes scalpro sunt erasae, ut in ea pagina, quae georgicorum libri IV. versus 364 — 381 continet, versus 378, 379, 380; aliae denique polliendo et terendo attenuatae et pellucidae factae sunt, ut eae, quae Aeneid. III, 495 — 511. Aeneid. IV, 20 — 36 et Aeneid. VI, 706 — 724 versus continent.

Nonnulla codex in vocibus scribendis singularia habet, quibus ab eo scribendi genere recedit, quod Virgiliani seculi esse putatur. Colligam voces memorabiles hoc uno in loco: scribitur *Volcanus* G. III, 346. *uultus* A. I, 710. III, 216, *uulnus* cf. A. IV, 2. *haut* A. I, 582. III, 207. 214. *labsus* G. IV, 410. A. I, 594. III, 225. [8]). *Secutus* A. I, 582. 406. Praeterea semper v. *lacrimae* per *i*, v. *caelum* per *ae* et v. *causa* per unum *s* scribitur. *Atque* saepissime, nonnunquam tamen etiam *adque* scribitur (A. I, 589. 687. G. IIII, 406. 409) et similiter particula adversativa *at* scribitur *ad* G. IV, 416. Particula temporalis et causalis, quae ex Quintiliani aliorumque Grammaticorum praeceptis *quum* scribenda est, semper *cum* scribitur, ut A. I, 685. 687. 697. G. IV. 414. Quod ad praepositiones, quibuscum vocabula componuntur, attinet, earumque finalis consonantis cum sequenti littera assimilationem, scriba sibi non admodum constans est. De praepositione *a* et *ab* nihil memorabile inveni; *ad* contra litteris *c*, *r* et *t* assimilatur, ut *accipio* A. I, 685. III. 486. IIII, 362. VI, 693; *arripe* A. III, 477. *attollere* A. III, 205; ante *s* littera *d* omittitur in v. *aspicio* G. IV, 353. A. I, 595. contra scribitur in v. *adspirans* A. I, 694. *adstitit* A. III, 194. *adsunt* A. III, 225; non assimilatur

---

3) Vid. tab. 1, spec. I, c.

4) Vid. ibid.

5) Tab. I. spec. I, e. lin. q.

6) Inter quae lidef. ab Arx errore quodam retulit, quod numerus Romanus semper medius inter puncta positus sit; hoc enim scribendi genus etiam in codicibus IX, X, XI et XII secuii invenitur, ut in Vegetii codice Bernensi, seculo X scripto, quem in usum Friderici Hasii, apud Vratislavienses professoris, contuli. In hoc codice, ut specimen proponam, scribitur: *Secunda cohors habet pedites. D. L. V. equites L. X. VI. — Cohors quarta habet pedites. D. L. V. equites. L. XVI.*

7) Haec scriptura multis meorum codicum testimoniis probatur, et nuper Fr. Osannus in ephemeridibus philologicis no. 144. anni 1840. de hac re locutus est. In hoc codice etiam infra Georg. IV, 563. *Vergilius* scribitur. Inde a decimo primo seculo rarior est haec forma, et in codicibus decimi quarti et quinti seculi eam me legere non memini.

8) Vide de hoc scribendi genere C. L. Schneideri Grammaticam latin. t. 1. p. 217.

d ante *f*, *g*, *l*, *p*, et scribitur *adfatur*, *adfectat*, A. III, 492. G. IV, 562. *adgrediare* G. IV, 404. *adloquitur* A. IV, 8. *adparent* A. III, 195. *Con* ante *p* semper in *com* mutatur, ut *complectitur*, *complexum* A. I, 694. 715. *compellat* A. III, 474. *complerint* A. VI, 712. *composuit* A. I, 698. *comprensa*, VI, 701. praeterea *con*, si *cognatus* exceperis A. III, 502., ante reliquas litteras *n* finale retinet. *De* vitiose scriptum est pro *di* vel *dis* in v. *derige* A. I, 401. et v. *defundit* G. IV, 415. contra recte *de* scribitur in reliquis vocabulis. *Di* recte scriptum est in vv. *digressu* A. III, 482. *digrediens* III, 492. *dilecta*, IV, 31. *dinumerans* VI, 691. *dimoverat* A. IV, 7. *Ex* assimilatur ante f, ut *effervere* G. IV, 556; ubi cum vocabulo litteris *st* incipiente componitur *s* abjicitur: *extruimus* A. III, 224. *In* etiam ante *p* et *r* non assimilatur, ut *inrigat* A. I, 692. III, 511. *inruimus* A. III, 222. *inplevit* A. I, 715. IV, 505. *inpulit* G. IV, 349. *N* nonnisi in vv. *imperat* A. III, 465. et *immensas* G. IV, 557. assimilatum est.

Ut de his valde memorabilibus fragmentis omnia uno loco absolvam nunc varietatem scripturae adjicere volo, quam his fragmentis cum editione Heynio-Wagneriana collatis inveni.

Georgica. Primum quod ad georgica referendum est folium, nonnisi inscriptionem finem bucolicorum et initium georgicorum indicantem continet. In secundo folio versus libri quarti 345 — 382 leguntur, in quibus haec est varietas: v. 347. *adque-diuum* 348. *fusi* 358. *diuum* 360. *ad illum* 361. *circumstitit* 362. *accepitque*. Versus 365 desectus est. Alterius paginae litterae primae fere omnes erasae sunt; quae rescripta sunt, difficillima sunt lectu. Virgilianorum versuum has tantum particulas legere potui: v. 364. in fine: *-ntis* 365 *-unde aniena flu-* 376. *-dinef-* 377. *-man-li-u-* 378. ab initio: *pars* 379. *pocu-* 380. *et m-* 381. *oc-* 382 desectus est.

In tertio folio quarti georgicorum libri versus 383 — 420 scripti erant: sed cum prioris lateris litterae vel scalpro vel pumice erasae sint, hac tantum in eo adhuc legi possunt. V. 384. ab initio: *ter* 391. in medio versu: *haeu* 392. in medio versu: *uitna* 393. *qua* — *-quae-* 394. *qu- -mes-* 395. in medio versu: *sub* 397. in medio versu: *eu* 398. *nam sine ui non ulla dabit* 399. *orando-flect-suim durim* 400. *tende doli circum haec dem-* 401 desectus est. In altera hujus folii papina a versuum spatio particula, in qua sedecim vel septemdecim litterae scriptae erant, desecta, et reliqua particula tota rescripta est. Quae abscissa sunt in parenthesi apponam. V. 402. (Cum-herbae) 403. (In-senis du-) 404. (Se- ut s-) 405. (Verum- conrept-) 406. (Tum-eludent) *adque* 407. (Fiet-su-) 408. (Squamosusque dra-) 409. (Aut- flamma-)- *adque* 410. (Excidet-aqua)- *clabsus* 411. (Sed-ma-) 412. (Tanto-c-) 413. (Donec-mu-) 414. (Videris-teg) *erret cum* 415. (Haec-liquidum)- *defundit* 416. (Quo-cor-) 417. (Dulcis c. s-) 418. (Atque-mem-) 419. (Exesi-mon-) 420 versus abscissus est.

Quartum folium versus ejusdem georgicorum libri 535 usque ad 566 continuit, sed cum prioris paginae litterae erasae aliaeque rescriptae sint, perpauca nunc legi possunt, quae apponam: v. 536. in fine: *-emit-* 544. *po-osau-* 545. *-thea papa-* 546. *e -nigram mactabis ou-* 547. *p- dicen uitulau-* 548. *F-h-o matris-* 549. *a-* 550. *q-* 551. *duc-* 552. Hujus lineae dimidium abscissum est, sed legi possunt litterae: *-o- suos aurora in -uxerat ortus*. Etiam altera pagina ablota et rescripta est, sed ita ut priores litterae adhuc facili negotio agnoscantur, qua me causa ea tantum adscribam, quae non cum editione Heynio-Wagneriana conveniunt: d55. *aspiciunt-bouum-* 557. *Immensas* 559. *-cultus-* 563. *-uergilium* 566. *-tu-*, sed a prima 5 a nu *e* supra scriptum est.

Aeneis. Septem folia melius conservata atque ea, in quibus georgicorum fragmenta scripta sunt, ad Aeneidem pertinent. Folium primum libri primi versus 381 — 399 et 400 — 418 continet. In priore pagina nonnunquam longiorum versuum litterae finales, in postera omnes litterae initiales abscissae sunt, quas in parenthesi apponam. V. 381. - (-or) 382. (-tus) 383. (-unt) 385. (-em) 387. *haut-caelestibus* (-ras) 388. *uitalis-* 389. *-adque-* (erfer) 390. (-atam) 392. *docure* a manu sec. *e* super *u* scriptum est. 393. *aspice* 394. *labsa* 395. *calo*, sed *e* a m. pr. ut videtur supra scriptum est, 396. *iam . . spectare;* ante *sp* fissura membranae est. (-ur) 398. *cincxere-* (-e) 399. *haut* 400. *(Aut por-)* 401. *(Perge) derige* 402. (Dixit e-) 403. (Ambr-) 404. (Spira) 405. (Et ver-) 406. (Adgn-) 407. (Quid) *totiens* 408. (Ludis) *dexterae* [secundum *e* fere erasum est] 409. (Non) 410. (Talibu-) 411. (At ve-) 412. (Et mul) *tum* - 413. (Cern-) *possit* 414. (Moli-) *causas* 415. (Ipsa pa-)- *ab - sedesque* [post *b* fissura est membranae] 416. (Laeta) 417. (Turc c-) 418. (Conri-).

Secundum folium primi libri versus 685—703 et 704—722 continet; sed eorum versuum, qui in adversa pagina scripti sunt, finales litterae nonnunquam abscissae sunt, qui in aversa, initiales litterae omnes desunt. In parenthesi, quae absunt, apponam. V. 685. *cum-accipiet* 687. *cum-adque-* (et) 688. — (o) 691. — (ietem) 693. — *complectitur* (umbra) 697. *cum* 698. *composuit* — (-uit) 700. — (-tro) 701. *manibus famuli* — (-istris) 702. *mantilia* — 703. Hic versus abscissus est. 704. (Cura) — 705. (Centu-) — 706. (Quida-) — *onerant* — *ponunt* 707. (Nec n-)—708. (Conu-)—709. (Mir-)—710. (Fla) *grantisq.—uultus* — 711- (Pall-) — 712. (Pra-) — 713. (Exp) *le-i* — — 714 (Pho-)—715. (Ille)—*complexum*—716. (Et m-)--717. (Reg-) — 718. (Hac-) — 719. (Insi-) — *ac memor* — 720. (Mat-) — *paulatim* — 721. (Inc-) *temptat* — Versus 722. abscissus est.

Tertii folii, quod tertii libri versus 191 — 209 et 210 — 228 continet, prior pagina libri tegumento adglutinata erat, et litterae corruptae quidem, sed non difficiles lectu sunt. V. 193. *caelum* — 194. *mi* (a pr. m., ut videtur, *hi* supra scriptum est) 195. *hiemque* — 198. *umida caelum* 199. *abrupti* — 201. *caelo* — 203. *solis* 204. *noctis* — 205. *diem-attollere* — 207. *insinsurgimus haut-* (Priori a punctum impositum est). Versus 208 et 209 abscissi sunt.

210, *Excipiunt* — 211. *caeteno.* (Priori *a* punctum impositum, et secundo *e* a manu pr. *a* supra scriptum est.) 212. *pineia* (super *p* a m. rec. *h* scriptum). 213. — *metus* (*s* fere deletum) 214. *haut-sevior* (super *e* a m. pr. *a* positum est) 216. *uultus* — 224. *Extruimus toro* (super secundum *o* a m. pr. *s* scriptum, omnis praeterea hic versus, excepto vocabulo *extruimus*, in rasura scriptus est) 223. *labsu.* Versus 227 et 228. abscissi sunt.

Quartum folium ejusdem libri versus 457 — 475 et 476 — 494 continet. V. 461. *que* (a m. pr. *a* supra scriptum est) 463. *Que posquam* — 465. *naues* 467. *dodoneosque* — 474. *multos compellat* (super litt. *s* punctum positum). 475 versus abscissus est. — Versus 476 duo priora tantum vocabula legi possunt. 477. *arripe* 481 — *fand* (a pr. m. *o* supra scriptum est.) 482. *suprae* — (syllaba *mo* abscissa est 483. *fer - vestes* 484 *e* (*t* a m. pr. supra scriptum est.) 485. *Vextilibus onerisat* — 486. *Accipe* — *manum* (a manu pr. super *u* littera *u* scripta est, in fine versus litterae *um* abscissae sunt.) 487. (in fine desunt litterae *orem*) 488. *extreama* (prius *a* puncto imposito notatum; in fine versus littera *m* abscissa est.) 492. *adf-r obortis* (litterae intermediae erasae sunt). 494 versus est abscissus.

Quintum folium versus ejusdem libri 495 — 532 continebat; sed cum particula ejus

spatii, quod litterae occupant, abscissa sit, in altera pagina undecim vel duodecim litterae ab initio, in altera nonnullae in fine desunt, quas in parenthesi apponam: 493 (-quor arandum) 496. *nec-* (-tia retro) 497. *Quaenda effigies* (super diphthongum *ae* a pr. m. scripta syllaba *re*, super litteram *s* a sec. manu *m*; in fine versus desunt: -ue uidetis) 498 (oribus opto). 499. *Aspicis et que fueris* (super prius *s* scriptum *u*, super secundum *i* aliud *i*, super secundum *e a* a manu prima; super tertium *s* a manu sec. *t*, ut legendum sit: *auspiciis et quae fuerit.* In fine versus desunt: -ia grajis) 500. (hybridis arva) 501. *Intra* (a m. pr. *ro* supra scriptum est, in fine desunt litterae: ia cernam) 502. *Cognas urbes* (super syllab. *as* a pr. m. positum *ta*; in fine desunt: -ropinquos). 503. *hesperiam* (-anus auctor) 504. *faciamus* (super secundum *a* a sec. m. *e* appictum; desunt in fine: utramque) 505. (-a cura nepotum) 506. (-nia juxta) 507. (-simus undis) 508. (-ntur opaci) 509. (-is ad undam) 510. (-e sicco) 511. *opor* (super primum *o* est *s* appositum a m. pr.; in fine desunt: rigat artus) 512 et 513 versus abscissi sunt. 514. (Explorat vent-) 515. (Sidera cuncta) *-caelo* 516. (Arcturum plu-) 517 (Armatumque a-) 518. (Postquam cu-) *-caelo* 519. (Dat clarum e p-) 520. (Tentamusque) 521. (Jamque rubesc-) 522. (Cum procul ob-) *-collis* (*i* a manu recentiore fere in *e* mutatum) 523. (Italiam Italiam) 524. (Italiam laeto s-) 525. (Tum pater anc-) 526. (Induit implev-) 527. (Stans celsa in) 528. (Di maris et terr-) *-potes* (super litteram *s* a m. sec. scriptum *nte*) 529. (Ferte viam ven-) 531. (Crebrescunt). Versus 531 et 532 abscissi sunt.

Sextum folium, quod libri quarti versus 1 — 19 et 20 — 38 continebat, circumcisum est, ut modo in initio, modo in fine nonnullae litterae desint, in priore latere etiam utroque loco. V. 1. (At) 2. (v-) *ulnus*- (-ni) 3. (M-) - (ecursat) 4. (G-) - (-e vultus) 5. (V-) - (cura quietem) 6. (P-) *ostea phebea* (*o* super primum *e* vocabuli *phebea* scriptum) - (-ras) 7. (Hu-) - (-at umbram) 8. (C-) - (-e sana sororem) 9. (An-) - *sor* (*or* super syllabam *or* supra scriptum) *que* (supra scriptum est *a* a manu prima) - (-ia terrent) 10. (Q-) - (-dibus hospes) 11. (Q-) - (-ore et armis) 12. (C-) - (esse deorum) 13. (D-) - (-eu quibus ille) 14. (Ja-) - (-nebat) 15. (Si) - *immotumq* (ue sederet) 16. (N-) - (-ali) 17. (P-) - (-rte fefellit) 18. Non integrae litterae adsunt, sed earum inferior pars desecta: (Si non per) *taes* (u) *mala thalami taed* (aeque fuisset). Litteris *ala*, quae ante *tha* leguntur, lineae impositae sunt. 19 versus abscissus est.

Alterius lateris scriptura ita deleta est, ut in nonnullis versibus legi vix possit. Initium omnium versuum deest, et plerumque novem usque ad duodecim litterae sunt abscissae, quas in parenthesi apponam: V. 20. (Anna fateb-) - 21. (Coniugis et) *paenates* 22. (Solus hic in-) 23. (Impulit adg) - *veteris igia* 24. (Sed mihi vel te-) - (-cat) 25. (Vel pater om-) - (-bras) 26. (Pallentis u) *mbras erebo* 27. (Ante pudor) - *tua* (Huius vocabuli litterae *ua* minores scriptae super *t* positae sunt.) 28. (Ille meos pri-) - *siui* - 29. (Abstulit ille) - 30. (Sic effata si-) - 31. (Anna refert) - 32. (Solane perp-) - *merens capere* (Super litt. *a* a m. rec. *r* positum) 33. (Nec dulcis nato-) - *nostris* (*st* fere deletum est) 34. (Id cinerem a) *ut manis* - 35. (esto aegram) - *flxere* (super litt. *x* a m. prima *e* positum). 36. (Non libyae) 37. Huius versus litterae partim totae desectae sunt, partim earum inferior tantum pars. Agnoscuntur adhuc hae litterae: *os africa terra.* 38 versus abscissus est.

Folium septimum versus 688—724 libri sexti continebat, sed alterius lateris versus 706—724

ita detriti sunt, ut vix legi possint, et Hattemeri praecipue diligentia debeo, quae de his versibus proferam. V. 688. - *inter* - (iam a prima manu *n* puncto imposito deletum est). 693. *Accipio* - 694 *nequit*. Versum 693 sequitur versus 678, in quo super quaque littera punctum fuisse videtur, et in fine hoc signum) additum. Pro *dehinc* scriptum est *dein* 696. *lumina* (super *u* est *i* positum) 700. *bracchia* (in secundo *c* punctum est positum) 701. *comprensa* 704. *enemus* (prius *e* fere deletum) - *siluae* 706. Syllaba - *ant* in fine deest 707. *ueluti in* 709. (- us). 710. *causasque* 712. *complerint agmina* (secundo *a* a m. pr. *e* impositum est.) 714. *laethaei* (- m) 716 (- oram) 717. (- um) 719. *caelum* (- est) 721. - *que* (super litt. *e* est *a* positum a. m. pr.) 724. *caelum* (- is.)

In summa quaque pagina vel titulus carminis, vel numerus libri scriptus erat, et adhuc scriptus est; in nonnullis foliis vero numerus et titulus desecti sunt. In summa ora prioris lateris eius folii, quod Aeneidis primum est, appictum est LIB. I., in altero latere AEN, lineis inductis et subductis. — Praetera novem eiusdem codicis fragmenta, vel potius disiecta fragmentorum membra, in quibus tantum singulae litterae leguntur, in codicibus St. Gallensis bibliothecae no. 248 et 275 inveniuntur. Pertinent hae particulae ad quarti Aeneidis libri versus 673—682, ut v. d. Hattemer magno labore eruit.

Ea pars huius eximii codicis, quae his fragmentis superest, a duobus scribis est confecta, ut ex diverso modo nonnullas litteras scribendi clarum est. In versibus enim primi Aeneidis libri 581—599 litterae Q caudam, seu lineam secantem scriba semper subter lineam deduxit Q, quod in reliquis paginis non factum est, et Q hanc habet formam: Q; in iisdem versibus litterae R prima linea, indeque tota littera, perpendicularis est, in reliquis paginis fere semper ad dextrum latus inclinat; litterae C, S et V in iisdem versibus has habent formas C, S et V, in reliquis fere semper has C, S, V, quae ex parte iam ab Ildefonso ab Arx in addendis ad illa fragmenta adnotata sunt.

Certum mihi quidem est, haec fragmenta aetate omnes Virgilii codices, qui supersunt, superare; sed cum ex eo tempore, quo scripta sunt, nulli libri manuscripti, sed tantum inscriptiones supersint, aetatem ipsam coniectando invenire difficillimum est. Attamen ut scriptura huius codicis cum aliis antiquissimis litteris comparari possit, specimen trium versuum Virgilii Mediceo-Laurentini, quos P. F. Fogginius in editione sua proponit, adjeci [*]). His versibus evangeliorum fragmentum, ex bibliotheca St. Gallensi delineatum, addidi, itemque litteras ipsas, compendia scripturae et coniunctiones litterarum [1]). Tertio loco specimen scripturae ex antiquissimo Cledonii, grammatici latini, codice Bernensi delineavi [2]). Hic est ille codex, ex quo Putschius Cledonium cum grammaticis latinis non admodum accurate edidit, ut ex codice cum illa grammaticorum editione collato intellexi. Erat olim P. Pithoei, quod et testimonium Putschii

---

*) Vid. Tab. II. Spec. II.

1) Vid. Additam. ad Spec. II. A. B. in Tab. II.

2) Vid. Additam. ad Spec. II. C. D. in Tab. II.

et inscriptio Pithoei ipsius in primo codicis folio probant [3]). — Ildefonsus ab Arx evangeliorum fragmenta quarto vel quinto seculo scripta esse putat, et de Sinner, olim bibliothecae Bernensis custos, Cledonii codicem seculo septimo adscribit; sed cum in utroque codice litterarum ductus persimiles sint, et quae in codice Bernensi interposita sunt membrorum disiungendorum signa, comma, semicolon, cetera, a manu recentiore sint addita [4]), uterque codex mihi seculo sexto exaratus esse videtur.

II. Codex Bernensis 165, bene a manu exercitata seculo nono in membrana scriptus et a me littera 𝔅 notatus, omnia Virgilii carmina cum scholiis continet. In quaque pagina tricenae lineae pro Virgilii versibus stilo incisae sunt. In superiore foliorum ora quaternae lineae, in inferiore senae, in margine quinquagenae ternae plerumque ductae sunt, ut in iis scholia scriberentur, quod non semper factum est. Scholia, magna ex parte ex Servii commentario excerpta [5]), a tribus vel quatuor manibus partim tironianis notis [6]), partim valde compendiarie scripta sunt, et cum iam nunc, praecipue quae in margine sunt, nonnisi ab oculis talium scripturarum gnaris legi possint,

---

[3]) Vid. ibid. C.

[4]) Haec signa a manu recentiore addita esse eo probatur, quod si litteras ammonio hydrosulphurato oblinis, nihil earum color mutatur, sed omnia fere addita signa colorem mutant. Dignus est hic unicus, quantum equidem scio, Cledonii codex, quem Lindemannus in adornando Corpore Grammaticorum latinorum suo adhibeat.

[5]) Ut melius intelligatur, quomodo illa scholia comparata sint, quae ab initio X eclogae non sine multis vitiis leguntur, emendatius apponere volo. „*Haec ecloga tota est composita in laudem Galli. Fuit autem iste Gallus praefectus Aegypti, primo amicissimus Augusti, sed cum venisset in suspicionem, quod cum Antonio conspirasset in Augustum, iussus est occidi ab Octaviano. Erat autem adeo deditus, ut ultimam partem libri georgicon in laudem eius scriberet, quae pars praecipiente Augusto post eius mortem in fabulam Aristaei versa est. Haec autem ecloga non est translata, et si subtilius quis eam perspexerit, videbitur illi potius pertinere ad vituperationem, quam ad laudem Galli. Nam fertur amore laborasse. Amavit autem Cytheridem quandam, quam mutato nomine Virgilius Lyceridem dicit; sed eo spreto Antonium est secuta ad Gallias. Carpit etiam tempora (?) Antonii, quod contra Romanum morem secum feminam in proelium ducebat.*" Alio loco haec ad primum eiusdem eclogae versum adscripta sunt: „*Gallus ante omnes primus Aegypti praefectus fuit, poeta eximius, nam Euphorionem, ut supra diximus, transtulit in latinum sermonem et amorum suorum de Cytheride scripsit libros quatuor*" et sic porro omnia iisdem verbis expressa, quibus Servius usus est. Ad initium septimae eclogae haec adscripta sunt: „*Haec ecloga tota Theocriti est, pene verbum ad verbum translata, multaque ex aliis eclogis Theocriti in hac sunt adunata. Inducitur autem ibi divinus quidam Daphnis nomine, residens et audiens duos pastores canentes Corydonem et Thyrsin, inducitur etiam in ipsa quidam pastor Meliboeus, qui perdiderat caprum et dum quaereret, eum ad locum, ubi Daphnis sedebat, devenit. Mox, ut eum vidit Daphnis, vocavit eum, et ut divinus caprum, quem quaerebat salvum esse illi asserit, secumque ut audiret eos certantes invitat.*" In his, si priora exceperis, commentarii scriptor Servium non secutus est, quod saepius in introductionibus fit, et factum est in commentario ad primum octavae eclogae versum adscripto: „*In hac ecloga personae duae veterum pastorum historialiter intimandae sunt, et hoc genus carminis* χενὸν (κοινόν?) *et μικτὸν dicitur; appellatur autem haec ecloga pharmaceutria, in qua, ut diximus, duae personae introducuntur Damonis et Alphesiboei, qui repudiatorum amores narrant. Damon quaerit uxorem amissam, Alphesiboeus remedia agit, ille iustum amorem contemptum et sordidum appetitum, hic veneficia excurrit amoris alterius, quibus iustum amorem nititur disrumpere.*" (Vid. infra cod. 𝔊. Ecloga VIII.)

[6]) Ex hoc codice delineatae sunt eae notae tironianae, quae in tabul. III, Specim. III, a. conspiciuntur. Ea, quae ad litt. A appicta sunt pertinent ad georg. II, 177. quae ad litt. B ad Aeneid. II, 232. quae ad litt. C. ad georg. IV, 242. denique quae ad litt. D. ad Aen. III. 568.

non multum abest, quin maxima scholiorum pars exstinguatur. Verba versuum ipsorum eo nonnunquam modo scripta sunt, ut omnes litterae et voces inter se conjungantur, neque vacuum inter singula vocabula spatium sit relictum; sed a manu recentiore post litteras, quibus vocabula finiuntur, non raro punctum et semicolon interpositum, et ab eadem etiam puncta et semicola in fine versuum frequenter, praecipue ab inito, apposita sunt [7]). Perpaucis scriba in versibus Virgilii usus est scripturae compendiis, sed multa inveniuntur erasa et correcta verba. In primi folii pagina adversa versus: *Ergone supremis potuit vox improba verbis* [8]) cetera cum inscriptione: *Incipit carmen Octaviani Caesaris de Virgilio*, leguntur. In pagina aversa segmentum litteris maiusculis a manu recentiore scriptum est, quod dedicationem libri continet [9]). Praeterea in eadem pagina carmen quatuor versuum, quod verbis incipit: *Qualis bucolicis* cet., legitur, cuius primus versus rubro, secundus atro colore etc. scriptus est [1]) et eodem modo in secundo folio aliud carmen, verbis: *Titurus agresti modo* incipiens, adscriptum est [2]). Deinde prima ecloga sequitur, cuius et initium littera pulcra initiali est ornatum, et sex priores versus maiusculis litteris appicti sunt [3]). In folio decimo quinto georgica incipiunt, quibus haec verba praefiguntur: *P. Vergilii Maronis bucolicon explicit* [4]). Singulis et georgicorum et Aeneidis libris versus sunt praefixi, qui argumentum exponunt et hic nonnunquam Ovidio adscribuntur. — Codex non integer adest, nàm non solum octo ultima folia laesa sunt, damnumque recentiore tempore nova membrana adglutinata quodammodo est refectum, sed etiam ultimi versus desunt. Novissima enim codicis verba sunt *aurigamque sororem*, quibus versus 918 duodecimi libri finitur.

III. Codex Bernensis 184, a me 𝔈 nominatus, membraneus, altus decem digitos decem lineas, latus novem digitos tres lineas, scriptus seculo nono, olim Bongarsii fuit. Membranarum margo exterior et inferior humiditate corrupti et prorsus deleti sunt, ut foliorum inferior ora nonnunquam septem tantum digitos octo lineas lata sit. Ab initio in quoque foliorum latere vicenae, deinde vero ab initio secundi georgicorum libri vicenae octonae lineae incisae sunt et binae lineae verticales, inter quas initiales sunt appictae. Etiam ductus litterarum praecipue initialium ab initio alius est, atque in libris georgicorum et Aeneidos [5]). In primi folii,

---

[7]) Vid. Tab. III. Specim. III, a. et c. ubi accuratissime initium quintae eclogae et secundi Aeneidis libri cum omnibus scholiis delineatum est.

[8]) Legitur hoc carmen in Henr. Meyeri Anthologia latina sub no. 858.

[9]) Haec dedicatio his verbis conscripta est: „*Hunc Virgilii codicem obtulit Berno gregis beati Martini Levita devota mente domino et fidem beato Martino perpetualiter habendum, ea quidem ratione, ut perlegat ipsum Arbertus consobrinus ipsius et diebus vitae suae sub pretextu Sancti Martini habeat, post suum obitum iterum sancto reddatur Martino. Siquis ipsum furaverit* (mutatum in: *furatus fuerit*), *aut aliquo ingenio a potestate Sancti Martini abstrahere temptaverit, maledictus sit cum Juda et Saffira, qui ex hoc, quo* (d) *domino dederant, fraudaverunt, perpetuam dampnationem, nisi citissime, quod praesumpserit, emendare studuerit, adquirat.*“ Sequuntur quatuor litterae, vel signa, quae annum dedicationis indicare videntur.

[1]) Vide H. Meyeri antholog. lat. sub. no. 936.

[2]) Vid. ibid. sub. no. 863.

[3]) Tres primi versus tab. IV. Spec. IV, b. ita appicti sunt, quomodo in codice ad latus initialis litterae, quae magnam folii partem occupat, adscripti leguntur. Tres sequentes versus, in codice sub initialem subscriptos, in illa tabula alio conversos apposui.

[4]) In v. *Vergilii* littera *e* rasura in *i* mutata est.

[5]) Ab inito iis scriba initialibus usus est, quae in tabula III. specim. III, a. lin. 2. conspiciuntur; inde a secundo georgicorum libro iis, quas in eadem tabula lin. 7. delineavi. Cf. tabul. V.

ab recentiore manu scripti, priore pagina epitaphium Hectoris et Achillis [6]), in altera res grammaticales leguntur [7]). In secundo folio, quod serius ad codicem additum est, ecloga prima sine titulo incipit. Jam in tertio folio ii litterarum ductus incipiunt, quibus scriba in magna huius codicis parte usque ad initium secundi georgicorum libri usus est. Scripturae compendia non multa animadverti. Inter lineas et in margine breviora et longiora scholia, inde a quinto Aeneidis libro nonnunquam notis tironianis scripta inveniuntur [8]); sexto libro copiosiora commentaria adiuncta sunt, quae omnes margines occupant. Praeterea singulis Aeneidis libris versus, qui argumentum indicant, sub Ovidii nomine praefixi sunt. Ultimum codicis folium ab eadem manu, qua primum, scriptum est, et post finem Aeneidis versus Virgilii de nutrice sua et Sibyllae additi sunt [9]). Codex est perbonus.

IV et V. Codices Bernenses 255 et 239, a me littera 𝔇 notati, conjungendi sunt, nam ab eadem manu scripti sunt, post eum versum, quo alter finitur, versu 320 primi Aeneidis libri, alter codex incipit, et in utroque codice in quaque pagina tricenae binae lineae in membrana incisae sunt et binae lineae verticales, inter quas litterae initiales sunt positae. Quodsi alter codex 255 altus est decem digitos unam et dimidiatam lineam, latus octo digitos octo et dimidiatam lineam, alter 239 altus decem digitos quatuor lineas, latus octo digitos octo et dimidiaiam lineam; haec altitudinis differentia inde orta est, quod in priore codice inferioris et superioris orae particula parva a recentiore bibliopego abscissa est. Compendia scribendi non multa adsunt. Versus cuique libro praemissi, qui argumentum indicant et Ovidii esse dicuntur [1]). Notae adscriptae sunt non multae et parvi momenti. Codices, qui seculo nono exeunte scripti esse videntur, boni sunt, et

---

Spec. V, a. ubi nonnullos versus secundi Aeneidos libri, et specim. V, b. ubi versus decimae eclogae cum scholiis ex hoc codice accuratissime descripsi.

6) Epitaphium Hectoris, in Henr. Meyeri anthologia latina sub. no. 241. p. 96. editum, Pentadio adscribitur. Etiam in Codice 𝔏, de quo infra loquar, haec duo epitaphia inveniuntur; neque absonum habeo, hic varietatem scripturae adiicere. In codice 𝔏. ante primum versum hic legitur: *Troium protector Danaum metus hic iacet Hector* 2. *altus erat* 𝔏. 3. *violentis adactus* ℭ. *violenti ictus* 𝔏. 4. *Frigis* ℭ. 6. deest in 𝔏. 7. *obtulit illa* 𝔏. 10. *accumuluvit* ℭ. 𝔏. — Epitaphium Achillis in eadem anthologia p. 222. no. 1614. legitur. V. 2. *clare* 𝔏. 5. *gloria celso* 𝔏. 7. *Ille interemptus me solvit* ℭ𝔏. 8. Deest in 𝔏. *procubuere* ℭ. 10. *Compressi* ℭ𝔏. *hostili* ℭ. Haec carmina tres versus alius in Hectorem scripti epitaphii sequuntur: *Hoc iacet in tumulo invenum flos maximus Hector, Nobilis urbs Priami quo pereunte ruit. Illum crudelis ferrum penetravit.* Reliqua desunt, sed sine dubio deest voc. *Achillis*

7) Ab initio haec leguntur: *Sineresis* (Synaeresis) *est cum vocales colliduntur, ut ibi: nec spes libertatis erat, nec cura peculii. Diasyrtica oratio est, qua et sensum suum quis, ut est, exprimit, et auditorem suum aliter intelligere facit, ut illut Sinonis in libro secundo Aeneidum: Nec si miserum fortuna finxit. Nam et negotium exprimit et Troianorum insultat stultitiae.* Cetera. Permulta legi vix possunt.

8) Ex hoc codice eae notae tironianae delineatae sunt, quae in tabula III. Spec. III, c. sub litt. F (ad Aen. XI, 550.) et G (ibid. v. 556.) conspiciuntur.

9) Versus de nutrice sua hi sunt: *Si memini fuerant tibi quattuor Helia dentes; Expulit una duos tussis et una duos. Jam secura potes totis tussire diebus, N. quod agat . . . tertia tussis habet.* Lege: *Nam quod agat iam non tertia tussis habet.* Novem versuum Sibyllinorum hi sunt priores: *Primus ab aetherio proprio de nomine natus. Ad terras descendet homo intactae virginis infans, Purpureo cervice gestans* (gerens) *sine fine coronam* cet.

1) Versus, qui argumentum totius Aeneidis continent, in aliis codicibus Ovidio, in aliis, ut in ℭ et Anthologia Lat. no. 532. Asmeno vel Asmenio, in nostro codice vero Basilio, scholastico poetae, adscribuntur. Haec est potior scriptura varietas, qua codices mei a recensione Henr. Meyeri recedunt: 1. *veniant* 𝔅ℭ𝔇𝔉𝔊𝔎𝔏. *troies* 𝔅. 4. *elisae* 𝔅𝔇. *elise* ℭ. 11. *Undecimus* 𝔎.

saepissime inter eos et 𝔅 et 𝔈 magna est convenientia. Alter codex 259, qui nunc versu 521 primi Aeneidis libri incipit et versu 681 duodecimi finitur, olim etiam minus integer fuisse videtur; nam in superiore ora noni folii, quod iam secundi libri versus continet, nota a manu recentione adscripta est: *Virgilii libri Aeneidos XII, deficiente primo et initio secundi* [2]). Delineavi ex priore codice versus 132—143 primi Aeneidos libri, ex altero codice versus 101—106 secundi libri et versus 274—286, quibus musicae notae impositae esse videntur [3]).

Priusquam ad codices seculi decimi transeo, pauca mihi de tabula lithographica tertia adnotanda sunt. In ea primum (Specim. III, a.) maiusculas litteras proposui, quarum quae in prima linea leguntur ex codice 𝔅, quae in secunda, tertia et sexta ex codice 𝔈, quae in quarta ex codicibus 𝔇 delineatae sunt. Varii minuscularum litterarum ductus (spec. III, b.) ex iisdem codicibus sunt, et ubi eiusdem litterae variae formae sunt appositae, ultima ultimo codici propria est. Coniunctiones litterarum (Specim. III, c.) in omnibus his codicibus eaedem sunt, sed in 𝔅 et 𝔈 paucae inveniuntur, et coniunctionem litterarum *or* nonnisi in codice 𝔇 animadverti. Etiam compendiis scribendi codicum 𝔅 et 𝔈 scribae raro usi sunt; sed compendium vel potius signum, quo *autem* exprimitur littera *h*, cuius in arcu punctum cum cauda impositum est, nonnisi semel in codice 𝔈, in reliquis nunquam inveni [4]). De notis tironianis, in eadem tabula delineatis, iam locutus sum.

VI. Codex Bernensis 167, perbonus, in membrana decimo, ut videtur, seculo scriptus et a me littera 𝔉 notatus, duocim digitos altus, octo digitos sex et dimidiatam lineam latus est. Usque ad decimam eclogam in quoque, foliorum latere undetricenae lineae incisae, et in margine duplo plures lineae, quae scholia recipiant, ductae sunt; in iis vero, quae a decima ecloga sequuntur, foliis tricenae binae lineae ductae sunt, et lineae marginales non semper adsunt. In primo folio figura astronomica appicta, et caput astronomici argumenti scriptum est; in averso latere vita Virgilii et commentaria in eius carmina leguntur [5]). Deinde vulgo Octaviano Augusto adscriptum carmen: *Ergone supremis* sequitur, cui hic nomen *Richardi* est subscriptum. Quinque deinde lineae a manu recentiore scripta sunt: *Facinora nostra relaxaris mundi gloria* etc. Sub inscriptione: *Incipit expositio Servii Grammatici in bucol. in libris georg. atque Aeneidum* ea adiuncta sunt, quae Servius expositioni eclogarum et georgicorum praemisit. In quinto folio scriptum est: *Incipit liber primus Aeneidos*, sed Servii expositio in Aeneidem sequitur [6]) et brevior Virgilii vita subjuncta est [7]). In sexto versus novem leguntur, quorum

[2]) Prima igitur octo folia a codice, cum haec scribebantur, aberant.

[3]) Vid. Tab. VI. Specim. VI, a. b. c. Ea, quae sub littera *c* appicta sunt syllabis signa, non metrica esse sed musica, recte mihi coniicere videor, nam in multis bibliothecae St. Gallensis et Einsidelensis libris ecclesiasticis eadem me videre memini. Eadem signa in tab. I. et II. libri Ferdinandi Wolfii: Ueber die Lais, Sequenzen und Leiche. Heidelberg. 1841. conspiciuntur.

[4]) Vid. Tab. III. Specim. III, d. lin. 2. signum tertium. Hoc signum anglosaxonicum est, quod in aliis codicibus non inveni. In hoc codice ejus significatio adscripta est.

[5]) Incipit haec expositio verbis: *Locus et tempus et persona his Vergilianis artibus ita ab autenticis auctoribus nacta sunt, quod prima earum pars, id est bucolica et georgica in Parthenope, quae et Cuma et Neapolis dicitur, scripta est, sicut ipse in fine georgicorum dicit.*

[6]) Huic expositioni multa ex Virgilii vita intermixta sunt, quibus aliunde non cognita continentur. Sic statim ab initio, ubi septem vel octo libri, quos Virgilius scripsit, nominantur, haec in codice nostro leguntur: *Scripsit etiam VII sive VIII hoscrina, aetnam, culicem, priapeia, catalectum, epigrammatum et copam et diras et eclogam de rosa.* Haec de rosa ecloga aliunde mihi non cognita, et revera, etiam in hoc codice verba: *et eclogam de rosa* a manu recenti addita sunt.

[7]) Haec vita inscripta est: *Vita Virgilii poetae* et incipit verbis: *Publius Vergilius Maro genere Man-*

initium: *Virgilius magno quantum concessit Homero* etc., nonnullae adnotationes in eclogam primam et a recentiore manu scriptum carmen de tribus ducibus [8]). Bucolicis scholia in margine et inter lineas adscripta sunt. Georgicis, quae inscriptionem habent: *Virgilii Maronis bucolica explicit feliciter. Incipit georgica liber primus. Junilius Flagrius Valentiano Medionali*, Servii expositio praefixa est [9]). Georgica cum scholiis triginta quatuor folia occupantia Aeneis sequitur, ad cuius primum et secundum librum pauca scholia adscripta sunt, ad tertium vero librum tam copiosa, ut marginis spatium non sufficeret, et integra folia et foliorum partes interpositae et adnotationibus repletae sint. Tria ultima folia ab alia atque praecedentia manu scripta esse videntur, et duodecimus liber non integer adest, sed versu 771, *Sustulerat puro* finitur.

VII, Codex Bernensis 172, a me littera 𝔊 notatus, decimo seculo scriptus, altus undecim digitos octo et dimidiatam lineam, latus decem digitos tres et dimidiatam lineam, perbonus et maxime cum 𝔉 conveniens, eclogas, georgica et quinque priores Aeneidis libros usque ad quinti versum 852 continet. In primo folio nil nisi nomen P. Danielis, prioris possessoris, scriptum est. In secundo folio Octaviani Augusti carmen: *Ergone supremis* legitur et vita Virgilii, quod ad Donatum auctorem refertur, tam bene et emendate scripta, ut multa in Burmanni editione ex hoc codice emendari possint [1]). Brevior non integra vita sequitur [2]), et in inferiore pagina versus dedicationem continentes leguntur [3]). Quartum folium vacuum est, in tertio nonnulla *de figuris Graecorum*, in quinto 47 versus primae eclogae a manu recentiore scripti leguntur, quos reliquae eclogae cum scholiis, folia usque ad vicesimum secundum occupantes, sequuntur. In folii vicesimi tertii adversa pagina nonnulla de figuris Graecorum leguntur, in averso vero figura astronomica est appicta. Pagina adversa folii vicesimi sexti vacua est, in aversa quatuor versus praefationem georgicorum con-

tuanus, dignitate eques Romanus, natus idibus Octobribus, Gneio Pompeio et M. Crasso consulibus. Ut primum se contulit Romae, studuit aput Epidium oratorem cum Caesare Augusto, unde cum omnibus Mantuanis agri auferentur, quod Antonianis partibus favissent, huic soli concessit memoria condiscipulatus, ut et ipse poeta testatur in bocolicis dicendo: Deus nobis haec otia fecit, etc.

[8]) Prius carmen in anthologia latina Meyeri est 862. Hes adnotavi varietates scripturae. V. 1. *Vergilius.* 2. *Vergilio.* 4. *Ingenio tantum si sequor* 9. *nullum.* Secundum carmen in anthologia, ubi est 210, non *de tribus ducibus*, sed *de amazonibus* inscribitur et Aelio Hadriano tribuitur. Haec est varietas scripturae: 2. *yppolite* 6. *curru colonus ad* 7. *Epicli - dora clonus - ydae* 8. *clonon.* Versus in hoc codice in eodem ordine, quo in codd. Dorvill. et Leidensi leguntur; 1. 2. 3. 6. 5. 4. 7.

[9]) Notatu dignum est, quod haec expositio vel potius praefatio non solum inscriptione, sed etiam in ipso contextu Juniiio Fiagrio adscribitur, qui commentarios in Georgica, composuit, ex quibus multa excerpta in codice 172 inveniuntur, ubi vide.

[1]) In enumeratione eclogarum haec in hoc codice leguntur, quae meliora sunt, quam quae Burmannus in textum recepit (vid. Burmanni ed. I. p. XIII.): *Prima igitur continet conquestionem publicam, privatam gratulationem de agro et dicitur Tiytrus. Secunda amorem pueri et dicitur Alexis — Sexta μεταμόρφωσιν et dicitur Varus* VEL *Silenus. Septima* DELECTATIONEM PASTORUM *et dicitur Corydon. Octava* MORES (leg: amores) DIVERSORUM SEXUUM ET *dicitur damon vel pharmaceutris. Nona* PROPRIUM *poetae conquestionem de amisso agro et dicitur Moeris. Decima desiderium Galli* CIRCA POLIMNIAM CITHERIDEM *et dicitur Gallus. Quod ad ordinem spectat — — Verum inter ipsas eclogas* NATURALEM CONSERTUMQUE *ordinem nullum esse, certissimum est.*

[2]) Eadem vita est, cuius initium supra ex codice 𝔉 nota 7. descripsi.

[3]) *Contulit alme tibi pater hunc Benedicte libellum Ildemarus alumnus et ipse tuus monazonta.*

tinentes et titulus georgicorum medium folii spatium occupans permagnis litteris scriptus leguntur, ad cuius latus minusulis litteris prolegomena Junilii apposita sunt. Folia 26 usque ad 72 georgicorum libri cum scholiis occupant, in quibus saepe Junilius et Gaudentius, nonnunquam Nigidius et T. Gallus nominantur. Deinde libri quatuor priores Aeneidos et 852 versus quinti libri sequuntur, qui folia usque ad ultimum occupant. Quae in duobus ultimis foliis scripta sunt, legi vix possunt. Codex bonus est et praecipue ad tertium Aeneidis librum permulta scholia continet. Cum ad primum et secundum librum Aeneidis nulla scholia adsint, ea nunc apponere volo, quae ex commentariis Junilii Flagrii, Gaudentii, Titi Galli [4]) et Nigidii ad eclogas et primum georgicorum librum in hoc codice excerpta sunt. Si recte intelligo adnotationem ad Georg. I., 514. Gaudentius scholia ex tribus commentariis collegerat, et sua adiunxerat, ex quibus, quae in hoc codice leguntur, excerpta sunt.

Excerpta ex Junilii Flagrii, T. Galli,
Nigidii et Gaudentii commentariis.

Eclog. I, 55. Hibleis) Hibla mons in Sicilia, vel locus in Attica, ubi mel optimum nascitur. *Gaudentius* dicit; sed tamen *Junilius* dicit civitatem Hispaniae.

— 63. Aut Ararim Parthus et reliq.) Tityrus quin jube (?) diversissima inter se loca vignificare dicit, prius Parthum ex Arare potaturum, Germanum ex Tigride, quam sibi oblisionem futuram non divisi agri Caesaris beneficio. *Junilius Flagrius* dicit.

Eclog. V, 7. Labrusca) Vitis silvestris labrusca dicta eo, quod labris adponitur, vel quod in labris ruris i. e. in sepibus nascitur. In comparatione vineae vituperabiliter dicitur, quando vero sola profertur laudabiliter dicitur. *Junilius* dicit.

— 10. Phyllides ignes) Phyllidis amores. Phyllis Githonis filia, regina Thracum, quae adamavit Demophonta, filium Adrasti, qui cum Trojam expugnabat, non poterat amorem ejus extinguere. Illa impatienter cum desiderans laqueo vitam finivit in arbore folia non habente. Reversus ergo Demophon ad illam arborem lacrimavit, ille (illa?) autem sensit amantis affectum et pro lacrimis folia pullulavit, ex quo et Phyllis est nominata. *Junilius* dicit.

— 11. Alconis) Alcon, peritissimus sagittariorum, iter agens puerum aspexit a serpente circumflexum, et direxit sagittam pueroque intacti (-o) serpentem occidit. *Junilius* dicit.

— 17. Puniceis rubeis) Saliunca genus herbae florem minutum gerens suavissimi odoris. *Junilius* dicit.

— 20. Daphnim) Daphnis eximiae formae rex pastorum et non diu vixit. Alii allegorice luctum Salonini relatum dicunt, sed magis epitaphium fratris intellegimus, et Virgilius specie

---

[4]) Cum grammatici hunc morem haberent, ut nomina sua graeca latina redderent, hic Junilius Flagrius mihi Junius Philargyrius esse videtur. Sic Tzetzes in Scholiis Plautinis Caecius nominatur. Vid. Museum Rhenan. philolog. T. IV. fasc. 2. p. 232. In adnotatione quadam ad nostrum codicem Peter Danielis Junilium Flagrium Mediolanensem, T. Gallum et Gaudentium Romanos fuisse dicit, Galli praenomen *Titus* in nota ad Georg. I, 514 invenitur; et integrum Junilii nomen in nota ad Georg. I, 63. et ad Georg. III. 549. legitur, ubi haec sunt adscripta: *Uris bobus, vel uri boves agrestes, cornibus insignes; aut quorum mentionem ideo facit poeta, ut ostendat, pestilentiam etiam fuisse tantam, ut ipsorum penuria fuerit. Haec Junilius Flagrius dicit.* Utrum hi commentarii iam publicati sint, necne, nescio, nam neque Commentarii Servii, Philargyrii et Probi ab Alberto Lion editi. neque Virgilii interpretes antiqui, quos A. Maius 1818 Mediolani edidit, ad manum sunt.

Daphnidis fratrem suum, Flaccum nomine, deflet, quamvis alii de Julio Caesare dicunt. *Junilius* dicit.

— 22. Conplexa corpus) Superstite enim Maja matre Flaccus defunctus est, quae, ejus mortem graviter ferens, non diu supervixit. *Junilius* dicit.

— 28. Interitum) Mortem Julii Caesaris. Interitum) non optime morte jam merita (?) interitus dicitur. *Junilius* dicit.

— 29. Tigres) Bestias, non primus, quia alios (-ius) tigros (-es) domuit, sed inter pastores primus. *Junilius* dicit.

— 72. Lictius) Cretensis, a Licta urbe Cretae. *Junilius* dicit.

— 80. Damnabis) Devoces (-voces?) votis, reos facies, condemnabis et reos votorum facies, hoc est, alios damnabis non sacrificantes, vel superabis alios deos sacrificis (-ciis) tuis. *Gaudentius* dicit.

— — Ut Baccho Cererique sic tibi) Daphnidi quasi tertio deo; Cereri autem propter aridos, Libero propter humidos fructus, Daphnidi propter peculum (pecudum) proventus. *Junilius* dicit.

— 90. Paribus nodis) Pari intervallo distantibus aut aequabilibus. *Junilius* dicit.

Eclog. VI, 8. Pascere oportet oves) Ad illud refert, quod coepisset Albanorum seges (reges) et bella describere Virgilius, sed territus insuavitate carminis desistit. *Junilius* dicit.

— 18. Senex) Pro senes, ambo pro ambos, hos ambo. Sic et Homerus (?). *Junilius* dicit.

— 39. Surgere) Crescere, ut ibi: surgentem in cornua cervum. *Junilius* dicit.

— 48. Proetides implerunt) Proetides Proeti, regis Argivorum filia, (-ae) Destinobio uxore ejus, Chrysippe vel Hissippe, Iphinoe vel Epinoe, Iphianasia, Junoni formam suam praetulerunt, et insania compulsae crediderunt, se esse boves, et petierunt altos montes et postea sanata erant (sanatae sunt) Melampode, Leustonis filio. *Junilius* et *Laudentius* (*Gaud-*) dicit.

— 75. Scylla) Phorci filia a Glauco, deo maris, adamata est; Glaucus vero non valuit tenere eam, ad Circe (-cen), Solis filiam, perrexit maleficiorum doctissimam, rogavitquae (-que), ut Scyllam maleficiis corriperet (corrumperet?). Circe vero rogantem Glaucum adamavit, sed ne Scylla plus forte a Glauco amaret (-tur), quam Circe, fontem, in quo Scylla venatum ablui censuerat (consuerat), quia Dianae comes erat, venenis inficit, in quo (quem?) discedens Scylla pube tenus in belluas mutata est, sed quia monstra, item pilos suos in canes versos tegere non potuit, in mare profugit et virgineam extollit faciem navigantibus. Ideo nautae torquebant ad eam naves, virginem eam credentes, quos illa comprehensos belluis suis porrigebat, ut rabiem luporum possit conpescere. Tunc Neptunus iratus tridente percussam in scopulum mutavit, quasi praetereuntes naufragio affligit (affligeret?). Quam femina secuta est furandi crinem Nisi, quem dedit Minoi. Illa crinem furata est, ego carmen fama, id est infamia, ut est ipse in conspectu Tenedos notissima fama, id est infamia, quia Tennes cum noverca sua concubuit fama seu . . siquidem alterius amore flagravit. *Junilius* dicit.

Eclog. VII, 15. Depolsos) Verbo proprie (-io) pastorum utitur, ut ovium teneros depellere fœtus. *Junilius* dicit.

— 22. Quale meo Codro et reliq.) Allegorice per Codrum vult Theocritum intelligi,

quem in Bucolicis secutus est. Aliter per Codrum vult intelligi Elidum Cinnam poetam, de quo melius sensit. Codrum dicit unnam (Cinnam) et vult utique tanquam lividum aestimatorem futurum operis sui invidia rumpi. Aliter Virgilius de Mævio, inimico invido; sicut Codrus per invidiam periit, sic et iste invidus moriatur. Aliter sic facite Caesari, quomodo Phœbo. *Gaudentius* dicit.

— 37. Nerine Galatea et reliq.) Laudat Nymphas, ut ad se veniant et adjuvent carmen. Aliter allegorice de Gallia dicit, quae dulcior est mihi substantiis nostris, vel dulcior melle Siculo. *Gaudentius* dicit.

— — Nerine Galatea) Amicam advocat. Allegorice Virgilius Galateam i. e. Galliam his verbis laudat et hortatur, ut sicut ipse erat cum Caesare, et ipsa adesset. Hible) Hybla civitas Hispaniae ubi thymum nascitur. *Junilius* dicit, tamen *Gaudentius* dicit mons in Sicilia, vel locus in Attica, ubi mel optimum.

— 40. Si habet te cura venito) Id est si tenet te amorem ei (amor ejus), veni. Cura, amor, ut ad (at) regina gravi jam dudum saucia cura. *Junilius* dicit.

— 45. Muscosi fontes et reliq.) Uterque adolatorium carmen subjecit, pertinens ad Caesaris venerationem. Muscus, herba, quae nascitur in aquis. *Junilius* dicit.

Eclog. VIII Haec ecloga in honorem Asinii Pollionis, vel filii ejus Salonii scripta est, alii ajunt et allegorice Caesaris. In hac ecloga personae duae veterum pastorum historialiter intimandae sunt. Hoc genus carminis cenon vel micton dicitur. Haec ecloga parmaceis (pharmaceutria) appellatur, nam duae personae introducuntur Damonis et Alphesibœi, qui repudiatorum amores narrant. Damon amissam quaerit (queritur) uxorem, Alphesibœus ejus mulieris refert actus, quae viro alii dedita fuerat. Damon queritur, Alphesibœus remedia agit. Ille justum amorem contemptum et sordidum appetitum canit, hic veneficia excurrit amoris alterius, quibus justum amorem nititur disrumpere; Damon puellam, Alphesibœus puerum amat. *Junilius* dicit. (Vid. ad cod. 𝔅 adnotat. 5.)

Haec ecloga propria (-ie) bucolicon. Haec ecloga sive in Hispania sive in Gallia canitur et in agro canitur, ut: immemor herbarum quos est mirata juvenca. *Junilius* dicit.

— 6. Tu mihi seu magni superas et reliq.) Asinium Pollionem petit, Salonitarum victorem, qui proprie non minus poeticae, quam oratoriae vel imperatoriae laudis avidus fuit, nam et multa carmina et varia poemata scripsit, unde est illud: sola Sophocleo et reliq. Huic post victum Antonium aput Perusiam successor datus est Alfenus Varus, qui iratus Mantuanis agros eorum parti Cremonensium junxit. Causa autem iracundiae haec fuit. Octavius Musa enim civis Mantuanus, idemque magistratus, cum tribunum (tributum?) ab Augusto fuisset iudictum, pecora Vari capta pignori tamdiu in foro clausa tenuit, — nam Varus possessor Mantuanus erat, — donec media morerentur, unde molestiam Mantuanis super amittendis agris intulit Varus, Virgilio tamen pepercit, quoniam condiscipulus ejus fuerat. Ejusdem autem Vari est tragœdia Thyestes omnibus tragicis praeferenda, aliud nihil ejus legitur. Thyestes nomen artis. *Junilius* dicit.

— 13. Inter victrices et reliq.) Asinium Pollionem significat, qui et poeta fuit, sed quoniam Salonas devicerat, utraque corona dignus fuit, laurum (-ro) victor, hederam (-ra) poeta, ut: Pollio et ipse facit nova carmina. *Junilius* dicit.

— 17. Almum) Lucidum. Almus tria genera significat, ut lux alma, i. e. candida, et parturit almus ager, id est, fertilis, et alma parenti, i. e. santa (sancta). *Junilius* dicit.

— 19. Queror) Alloquor; dum queror, dum querelas facio, ut *Junilius* dicit.

— 43. Nunc scio) Hoc (Hic?) definitionem amoris ponit. Nunc scio, quid sit amor, quam durus, vel quare tam durus. Duris hoc non de nobis, sed de duris dura, quae non molliuntur, generantur. Cotibus) saxis. Cotis fit diminutive coticula. Aut Tinaros (Tmaros) aut Rhodope hedit (?). Tmaros et Rhodope, montes Thraciae, pro habitatoribus dicit. Aut extremi Garamantes) Populi Africae in extremo mundi constituti. Aput eosdem autem Garamantes conjugia sine intellectu haberi *Ethlanicus* in topographia testatur.

— 47. Saevus amor docuit natorum sanguine matrem.) Incertum, quam matrem dicit; plures enim hoc vocabulo dignae sunt. Nam et Progne, Terei uxor, ab amore Terei filium suum interfecit, et Medea suos filios propter Jasonem interfecit; sed magis hanc dixisse accipiendum, quae damno communis sobolis maritum Jasonem adfecit. *Junilius* dicit.

— 52. Nunc et oves et rel.) Contraria miscet adversa, quibus iniquam conjunctionem Nysae ostendat et Mopsi, et se despectum esse (non) convenienter probat. *Junilius* dicit.

— 56. Orpheus in silvis) Quasi pastorem. Inter Delphinas) Arion poeta summus et citharœdus, Methymnæus natione, ab agone recedens in pirata (-as) incidit et impetravit, ut sibi eodem habitu, quo in scenam introire adsuisset (-suesset), canere liceret, et cantu cum delphinas adlicuisset, in mare se praecipitavit, exceptusque ab eis in terram perlatus est. Sic et Fineus. *Junilius* dicit.

— 75. Deus) Pro omnibus diis. Impare) Pro impari. Par numerus adversis convenit, ut: quater ipso in limine portae substitit, adque (atque) utero sonitum quater arma dedere, quod excidio civitatis convenit, et alibi: en quatuor aras Neptuno, quod arsuris navibus convenit. Impari vero numero deus gaudet. *Junilius* dicit.

— 85. Daphnim) Genitivus in forma accusativi. Qualis cum fessa invencum.) Eleganter rusticus amorem suum pecoris amori comparat. *Junilius* dicit.

— 91. Exuvias) Allegorice pars agri, quae secum remansit. Perfidus) Malae fidei. Perfidus idem dignus magicis carminibus, dum perfidus sit. *Junilius* dicit.

— 109. Parcite et reliq.) Pastor de puero suo, vel Medea de fratre, vel poeta de collega, vel de Caesare hoc dicit. Parcite) Hic non dixit desine, qui enim desinit, finem facit, qui vero parcit suspendit, quod agat. *Junilius* dicit.

Eclog. IX. In hac ecloga duorum pastorum in via fortuitu convenientium et fugientium milites et alloquium atque consilium habentium historialiter intimandae (?) sunt. *Junilius* dicit.

— 4. Veteres migrate) Quoniam repugnare non possumus, cedimus. *Junilius* dicit.

— 24. Et potum) Ad potandum. Et potum pastas age) Monet, ne quid contra Alphenum Varum, divisorem agrorum, faciat, ne asperiorem reddat, quia necdum per hujus Vari seu Tuccae intercessione liberatus est, cum per cardinarias (?) fugeret. *Junilius* dicit.

— 29. Mantua vae et reliq.) Qui acti sunt de paludibus, idem de agris suis, quando Cremonenses contra Augustum Antonii copias susceperunt, et agros eorum dividi jussit Caesar, cujus mali partem inique perpessi sunt Mantuani; jus enim regni fecit indignationem poetis. Inde allegorice per pastorum decem colloquio (?) poeta lamentatur. Hucusque *Isidorus* dicit.

Ecloga X. In hac ecloga solus poeta loquitur. Haec ecloga non proprie bucolicon. Hoc genus carminis exegeticon dicitur, vel epangelticon. *Junilius* dicit.

— 19. Opilio) Opiliones dicuntur hœdorum pastores, vel opiliones magistri ovium dicuntur. *Junilius* dicit.

— 66. Sithonias) Pro Scitho, barbaricas, Thracius (?). Sithon mons Thraciae, vel Sithonias i. e. Scithias a Scithone, Phyllidis fratre. *Junilius* dicit.

Georgica. Junilius Flagrius Valentiano Mediolanensi [5]. Virgilius in operibus suis diversos secutus est poetas, Homerum in Aeneiadis [6], quem, licet intervallo longo [7], secutus est, Theocritum in bocolicis, a quo non longe abest, Hesiodum [8] in his libris georgicorum. Hic autem Hesiodus fuit de Ascra insola, qui scripsit ad fratrem suum Persen librum, quem appellavit ἔργα καὶ ἡμέρας, hoc est opera et dies. Hic autem liber continet, quemadmodum agri et quibus temporibus [9] sint colendi, cujus titulum transferre noluit, sicut bocolicorum transtulit, et sicut Aeneidem appellavit [10] Odysseae; tamen eum periphasin primo exprimit versu dicens: indicabo, quo opere et quibus [11], ager colendus sit, id est, duobus modis scripsisse dicendum est. Ingenti autem egit arte, ut potentiam nobis indicaret [12] sui ingenii, coartando lata et angustiora dilatando. Nam cum Homeri et Theocriti in brevitatem scripta collegerit, unum Hesiodum tamen in quatuor divisit, quod ratione non caret; nam omnis terra quadrifaria, aut enim arvus est ager rationalis aut consitus, id est aptus arboribus, aut pascuns, qui herbis tantum et animalibus vacat, aut floreus, in quo sunt horti [13], apibus congruentes et floribus. Alii autem duos tantum georgicos dicunt, dicentes Γεωργίαν esse, id est terrae [14] operam [15], quam [16] primi continent duo libri [17]. Nectamen ad utilitatem rusticam pertinere. Nam et pecora et apes habere studii est rustici; licet possimus agriculturam etiam in his duobus sequentibus invenire, et in hortis [18] colendis non minorem circa terras [19] impendi laborem. Et hi [20] libri didascalici [21] sunt, unde necesse est, ut ad

5) Cum haec expositio, quam Burmannus Servio adscribere videtur (vid. T. t. p. 166), etiam in codice 𝔉 (vid. adnot. 9.) legatur, scripturae varietatem utriusque codicis apponam. *Medionali*, 𝔉. *Mediolani*, 𝔊.

6) Non raro in antiquis codicibus Aeneis nominatur *Aeneiada*, sive *Aeneida*, cujus vocabuli genitivus in inscriptione tertii Aeneidis libri in codice 𝔅 et saepe alibi est *Aeneidum*: *P. Virgilii Mar. Aeneidum liber III. incipit.*

7) *Longe* 𝔉𝔊.

8) *Esiodum* 𝔉. semper.

9) *temporibus* deest in 𝔉𝔊.

10) *ad imitationem Odysseae*, Burmann.

11) *quibus temporibus*, Burmann.

12) *indicare* 𝔉.

13) *orti* 𝔉𝔊.

14) *terra* 𝔉𝔊.

15) *opera* 𝔉.

16) *quae* 𝔉.

17) Nonnulla desunt, quae apud Burmannum vide.

18) *hostiis* 𝔉𝔊.

19) Burmann. *constat* interposuit.

20) *hii* 𝔉𝔊.

21) *italici* 𝔉𝔊. *didascalici* Burmann.

aliquem scribantur, nam praeceptum doctoris et discipuli personam requirit; unde ad Maecenatem scripsit, sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Memmium. Sane agriculturae hujus praecepta non ad omnes pertinent terras sed ad solum situm Italiae [22]) teste ipso Virgilio, qui ait: Tibi res antiquae laudis et artis ingredior, cum de Italia diceret, quia terras pinques efficiat. Hucusque *Junilius* [23]).

Georgicorum duae sunt species, alia ad agriculturam pertinet, alia ad rusticationem. Et agriculturae quidem opera sunt segetes et vites et alia quaeque ex agris gignuntur, rusticationis [24]) vero cura pecorum et ovium et ceterorum animalium, quae ruri sunt fructuosa. Ergo duo priores libri super agricultura sunt, qua [25]) propter velut perfecto opere, in secundo libro laudem agriculturae exsequitur, in quo etiam, velut nullo [26]) principio utens, statim ad ipsam rem transit, scilicet praefationem ejus operis abunde [27]) explicante primo libro. At vero tertius [28]) longiore [29]) rursum [30]) praefatione [31]), velut novo principio, apprime [32]) comparative incipit, et quartus expeditam et festinantem referens ex secundo similitudinem. Principium georgicorum pene tale est, quale in Aeneide, ut expositio materiae ibi, hic praefatio, II. invocatio numinis, ut: *Musa mihi causas memora*, III. expositio materiae, materia narratur, ut: *urbs antiqua fuit.* Hic autem praefatio est, ut: *quid faciat laetas segetes*, invocatio numinis, ut: *vos clarissima mundi lumina*, ut ibi: *Musa causas memora*, expositio materiae, ut: *vere novo gelidus canis quo montibus humor*. Hucusque hic tractatur. In georgicis poeta solus loquitur [33]). In georgicis et hic enarrat [34]). In georgicis operatur [35]). In georgicis medium eloquium. In georgicis vita prudentium. Georgica septennio scripsit. Georgica Maecenas postulavit [36]). Georgica duobus modis [37]) scripsit, praecepto doctoris et persona discipuli requirentis. In georgicis angusta dilatavit [38]). *Junilius* dicit [39]).

I, 13. Equum) Pegasum, quia Neptunus in principio terram percussit tridenti, et inde equus Pegasus prosiluit, ut Mesapus equum domitor, Neptuni proles. *Junilius* dicit. Equum quoniam ab Ope pro Neptuno sit equus subpositus Saturno, pro Jove lapis. His convenit, Neptunum invocare de equus (equis) dicturus. *Junilius* dicit.

---

22) *Vitaliae* 𝔉.
23) Verba: *hucusque Junilius*, quae in Burmanni editione desunt, in utroque codice leguntur.
24) *Rusticationes* 𝔉𝔊.
25) *qua* 𝔊. *cua* 𝔉. Vide Burmann.
26) *velut nullo velut* 𝔉. Rectum 𝔊, et solus quidem habet, nam omnes Burmanni codices in hoc loco sunt vitiosissimi.
27) *habunde* 𝔉𝔊.
28) *vero cepit tertius* 𝔊.
29) *longiorem* 𝔉𝔊.
30) *sursum* 𝔉.
31) *praefatio* 𝔉. *praefationem* 𝔊.
32) *prime* 𝔉. *hac prime* 𝔊.
33) Hoc membrum in 𝔉 deest.
34) Sic 𝔊. *a. narratur* 𝔉; sed *a* linea est imposita.
35) *operator* 𝔉.
36) Hoc membrum deest in 𝔊.
37) *II. modus* 𝔉𝔊.
38) *delatavie* 𝔉.
39) Hoc membrum deest in 𝔉.

— Fudit equum) Nunc dicit Arionem, qui cum in Thessalia tridente terram Neptunus percussisset, exisse dicitur equus, unde Neptunus equester dictus est, i. e. hippios. Ibi etiam natus est fons Hippocrene. Item in Thessalia primum equi nati sunt, ubi cum aliquando flumen esset sta . tium et quondam . um hab . . asse, dictum est, Neptunum percussisse tridenti, quod non credebant, tantam vim aquae humano motu excitatam, sed divino et cet . nec reclusit captellum in Thessalia, in qua primum equi domare cœperunt. A Thessalia (At Thessali?) adsidentis (adsidentes?) equis cum tauros sequerentur, gravibus eos vulneribus adficiebant, et quosdam adprehensos domabant. Illi dicti sunt per felleres (?) hippocentauri. *Gallus* dicit.

— 18. Oleaeque Minervae) Sunt, qui dicunt, Athenis prolatum esse ovile (olivae) ramum a Minerva; sunt, qui putant, olei humorem Minervae idcirco convenire, quod nulli possit misceri incorruptus, et integer comparabilis virgini deae, quae eximio parente progenita est, quam sapientiam interpretantur, virtutem inviolabilem. *Junilius* dicit.

— 19. Puer) Triptolemus. Ceres raptam Proserpinam cum coleret, hospitata est apud quendam, et pro humanitate fruges Trepulemo (Triptolemo) dedit totumque per orbem seminavit; dedit etiam dracones, quibus vinctis adsideret et rel. velut *Philorus* [1]) dicit.

— 25. Incertum est) Quem deum esse te velis, utrum caeli, an maris, vel terrae possideas imperium. *Gallus* dicit.

— 27. Auctorem) Ab augendo dictus, velut sator, ut: tu sanguinis ultimus auctor. *Junilius* dicit.

— 28. Cingens) Ornans myrto, quae in honore Veneris, a qua Augustus originem ducit. *Gallus* dicit.

— — Materna tempora myrto) Pro Iliam gentem. *Junilius* dicit.

— 31. Generum) Virum filiae. Tethys uxor Oceano, Nympharum mater. Emat) Ad antiquum nuptiarum ritum pertinet, quo vir et uxor hemebant (emebantur). *Gallus* dicit.

— — Tethis) Juxta honorem immortalitatis deam uxorem adjungit. *Junilius* ait.

— 38. Quamvis Elysios et reliq.) Quaerendum, an ad auditores Graecos, an ad solum Homerum retulerit, qui in Odyssea campos laudat Elysios et adeo amejos (?) locos, quos praetulerit amori matris. *Junilius* dicit.

— 40. Coeptis) Verecunde dicit de suis viribus. *Gallus* dicit.

— 42. Et votis iam nunc) Nam, ut dixi, Augustus divinos meruit honores. *Junilius* dicit.

— 45. Taurus) Speciem pro genere posuit, taurum enim bovem dicit, ut: caelicolum regi in littore taurum, ubi nisi (?) bos intellegitur; tauro enim sacrificium Jovi non fit. *Junilius* dicit.

— 54. Veniunt) Proveniunt, et provenire fructus dicuntur. *Junilius* dicit. — Veniunt) Crescunt, ut pulchro venies in corpore virtus, id est cresces. *Gallus* dicit.

— 58. Chalibes) Gens in Ponto inventrix ferri; dicti a Chalybio, Euboiae vico, quod hinc colonis (coloni) sunt. *Numilius (Junilius)* dicit.

---

[1]) Intelligendus esse videtur Philochorus Atheniensis, qui in Atthide sua sine dubio etiam de Cerere, Triptolemo aliisque ad mysteria spectantibus rebus locutus erat.

— 69. Castorea) Castores dicuntur, id est canis silvestresq; (qui) in Ponto tantum nascuntur, quos Latini febros dicunt, quorum testiculi pretiosa (-si) ad medicamenta, et virus, quod habent, costoreum dicitur, ut in phisologi (physiologi) libro dicit (dicitur). *Junilius* dicit.

— 78. Perfura (-usa) papavera somno) Qui papavera manducat, cito somno opprimitur; est enim papaver somniferum. *Junilius* dicit.

— 84. Effetos) Continua fertilitate. Cinerem) Cinis, stercoratio, intermissio arandi, incensio stipularum. *Gallus* dicit.

— 96. Nequiquam) Sine causa. Spectat Olympho) In caelo et prospiciet, laborantibus favens. *Junilius* dicit.

— 119. Inprobus anser) Inprobum dicit anserem, quia fugatus redeat, referens ad animum rusticorum, an potius pro avido cibi, id est insatiabiliter, nulli probabilis, et inseres et agrestes dicit. *Junilius* dicit.

— 125. Ante Jovem et reliq.) Dicunt Jovem commutasse omnia, cum bonus et malus non discerneretur, terra omnia liberius ferente, quod Calvus [2]) canit. *Junilius* dicit.

— 132. Rivis) Quidam vini rivi fuerunt. *Junilius* dicit.

— 134. Paulatim) Bene paulatim, quia ars gradibus quibusdam excogitatur. *Junilius* dicit.

— 138. Plyades) Ortu suo primae navigationis tempus ostendit. Plyadas (Pleïadae) sunt stellae, quae in cauda tauri positae in vere oriuntur et virgiliae nuncupant (pantur). Hyadas) Stellae, quae in fronte tauri, septem, ut *Chaldaei* tradunt, nutrices Liberi patris, appellatae, ut *Musaeus* scripsit, ab Hya fratre, quem in venatione interemptum fleverunt. *Junilius* dicit.

— 143. Argutae) Stridulae serrae. Pernix, discipulus Daedali, serrae usum primus invenit. *Junilius* dicit.

— 149. Deficerent) Quia quercus mel adferebant. Dodona) Civitas Epiri, juxta quam nemus Jovi consecratum et habundans glandibus, vel locus in Chaonia, ubi praecipue Juppiter colebatur. *Gallus* dicit. — Silvae) Quarum sterilitate significatur ceterarum infecunditas. Dodona) Quercum significat, quae conmater illa Dodonaei Jovis. *Junilius* dicit.

— 151. Esset) Consumeret. Robigo) Genus vitii, quo culmi pereunt, abusive propriae vitium obscenae libidinis, quod ulcus vocatur, ut *Varro* ait.

— 163. Eleusinae) Eleusinam ab Eleusina, urbe Atticae, in qua ares (Ceres) adorabatur. Matris matrem autem Eleusinam matrem dicit, nam ut veteres patres deos dicebant, ita et deas matres; deam matrem vestram Cereremque (?). *Junilius* dicit

— 174. Stiva) Gubernaculum aratri, ut *Nigidius* ait.

— 175. Explorat) Siccat, bene agit; explorat, quia vitia materiae ex eo apparent. *Junilius* dicit.

— 182. Domus atque orrea) Domus atque orrea (horrea) dicit, ut copiam abrepti frumenti exprimeret. *Junilius* dicit.

— 208. Libra) Aequinoctium auctumnale, in quo sol in libero (libra) sit; vernali enim in ariete. *Varro* scripsit: ab aequinoctio autumnali nobis serendum usque ad diem. XC. post brumam.

---

[2]) Num Licinius Calvus, Ciceronis adversarius, intelligendus est?

— — Die) Pro diei. Die somnique) Ante teton (?) diei somnum reddidit non nocti; Venus enim per somnum significatur, quia per id tempus diei somno opera datur. *Junilius* dicit.

— 211. Usque sub extremum brumae) Bruma a breviore metatu solus (solis) dicta. Bruma finit VIII Kalend. Jan. Non ad brumae finem dicit esse serendum, id est non usque ad ipsam diem, quamvis aliter scripsit *Varro*.

— 213. Et Cereale papaver) Quod inter frumenta sit, vel verius, quod eo Ceres curam levaverit lugens filiam suam, somno impleta. *Junilius* dicit.

— 217. Candidus) Non enim a capite sed a dorso oritur, id est, in medio suo apparere incipit, vel quod aprele (Aprili) mense sol in tauro est. Adverso astro quidam male accipiunt Sirium odorem illum sitim morboque (morbosque) ferentem mortalibus aegris. Alii adverso astro (non) ad ipsum canem referunt, sed ad solem, qui adversus intellegitur ex eo, quod contra mundum nititur; sed magis nos intellegere convenit, adverso astro taurum dici, cum quo canis occidit, quia *Nigidius* ait, taurum adversum inter sidera locatum, quod posteriores ejus partes, qui (quia) primi veris sunt, umidiores habentur, priores autem ideo, quia aestati (-ste) existunt, sicciores, *Junilius* dicit,

— 222. Coronae) Corona XII. signis proxima. Coronae) Quia Liber pater Adriadnam (Ariadnam), filiam Jovis, uxorem suam cum corona in caelo dedicavit, quam coronam Vulcanus abstulit ad uxoris insigne et inter sidera collocavit. *Junilius* et *Gaudentius* dicit.

— 237. Duce [Duae]) Solstitialis et australis. *Junilius* dicit.

— 238. Via secta) Zodiacus circulus, quem nos signiferum dicimus. *Junilius* dicit.

— 240. Mundus) Pro caelo, nam mundi nomine quattuor elementa continentur, ignis, aër, aqua, terra. Jam deficio (de vitio?) est nostrae (-ri) climatis, id est habitationis, quae a septentrione incipiens in australem definit (desinit, vel devenit?) plaga (-am). *Aratus* et *Junilius* dicit.

— 245. Duas arctos Oceani metuentes) Hae duae pellices Junonis fuisse dicuntur, quas postquam Juppiter in sidera reptulit (ret-), Juno rogavit Tethin, suam nutricem uxoremque Oceani, ne unquam pateretur occidere. Inde nunc metuentes dicit. *Gaudentius* dicit.

— 252. Hinc) Ex ratione astrologiae etiam conclusio, nam hoc dicit: non sine causa intuemur siderum ortus et occasus; hinc universa nascuntur. *Gaudentius* dicit.

— 265. Amerina) Urbs Italiae in Vestinis est, circa quam vimina multa nascuntur, quibus vites ligantur. *Junilius* dicit.

— 266. Rubea) Rubi, oppidum in Apulia, hoc genere viminis habundans. *Junilius* dicit.

— 270. Religio) Divina humanaque, nam ad religionem pertinent, fas ad homines, jura ad deos; qua fas divinum, jus humanum. *Junilius* dicit.

— 275. Incussum) Reparatum, refectum, perforatum· *Gaudentius* dicit.

— 277. Quintam) Dicitur hic numerus Minervae esse consecratus, quam sterilem esse constant (constat), unde sterilia omnia quinta luna esse nata dicuntur. *Gaudentius* dicit.

— 279. Coeum) Poeta Japetum pro gigantis (gigantibus). Saevus) Saevus multa significat, sed hic crudelis, aliquando fortem: ubi saevus jacet Hector; aliquando potentem, ut: saevae memorem Junonis ob iram. *Junilius* dicit.

— 284. Septima post decimam) Id est XVII, aut VII sola, aut post decimam sequens septima, ut sit felix fugae, navigatione (-ni), furtis, bellis. *Junilius* dicit. — Septima post decimam felix) Felix quidem est septima, sed felicior decima. *Gaudentius* dicit.

— 287. Multa adeo et reliq.) Diligens divisio temporum; primo enim quattuor partes anni exsequutus est, deinde dies lunares, modo horas, in quas dies noxque dividitur. *Junilius* dicit.

— 293. Solata) Bene solata, ut in bucolicis: Cantantes licet usque minus via laedit eamus. *Junilius* dicit.

— 295. Aut dulcis) Hic versus longior est una syllaba, sed sine vitio. *Junilius* dicit.

— 297. Ceres) Hic metonymice Ceres pro frumento ponitur; hic tamen ingratiorem eam reddit, quod subjungit succiditur. *Junilius* dicit.

— 302. Genialis hiemps) Eo, quod in hieme homines ingenio suo utuntur. Geniales homines ab antiquis nominati sunt, quod ad invitandum et largius parendum cibum, et quae consequuntur, promtiores essent. *Junilius* dicit.

— 303. Pressae) Onustae. — Ceu pressae et reliq.) Ut solet, sensum similitudine clusit. *Junilius* dicit.

— 314, Spicea) De maturis frugibus abusive dicimus, nam proprie spiceus est cum folliculum (?), id est extremum tumorem aristae. *Gaudentius* dicit.

— 324. Ex alto) A septentrione, ex aquilone, qui (quia) altus (est) et facit tempestates gravissimas; quia auster humilis. *Gaudentius* dicit.

— 337. Cyllenius) Mercurius, quia in Cyllenio, monte Arcadiae, natus esse Mercurius dicitur. *Gaudentius* dicit.

— 345. Felix) Fecunda. — Eat) Bene, quasi sua sponte immolaretur. *Junilius* dicit.

— 350. Motus) Salutationem aptam religioni, nec ex ulla arte venientem. *Gaudentius* dicit.

— 378. Lacus circumvolitavit hyrundo) Aestatis signum. Alii dicunt, ranas per habundantiam que (?) extra paludes pelli et serpentibus cibos esse, aut alioquin interire. *Gaudentius* dicit. — Ranas namque dicunt ad tempestatis adventum querelam excipere. Querela vox est muta, ut: omne querela impleri nemus. *Junilius* dicit.

— 384. Asia prata vocantur circum Caystrum fluvium, qui est in Lydia, *Junilius* dicit. Ordo est: Circum Asia prata dulcia in stagnis Caystri rimantur. Jucunda translatione usus est; proprie rimari sues dicuntur. *Junilius* dicit.

-- 395. Obtunsa) Perseveravit in translatione, nam cum dixisset aciem, non obtunsam addidit. *Junilius* dicit.

— 396. Fratris) Solis, ergo non absurde hic videtur duo tempora dixisse, nocturnum et diurnum. *Junilius* dicit. — Obnoxia) Quia ab illo accipit lumen, vel pro eo, quod noceat, id est eclipsin dicit (?). *Junilius* dicit.

— 397. Tenuia) Nebulae dicuntur, quae inminente tempestate ob nimiam levitatem vento in aëre jactanter velare nearum (?) texturas, dicitque inminente tempestate per aëra rumpantur. *Junilius* dicit.

— 437. Glauco) Glaucus Polybi et Scriboe (-ae) filius; in cerba (is herba) quadam gustata immortalitatem dicitur adeptus, quae in fortunatis insulis nascitur, et deus factus

est maris. *Junilius* dicit. Glaucus, Antheodonis (-thedonis) filius, piscatur (-tor), qui cum capisset (cep-) pisces, eos deposuit; illi autem animam ex erbis (herbis) receperunt et redierunt in mare. Glaucus amissam dolens praedam sese praecipitavit in undam et maris effectus est deus. *Junilius* dicit.

— Panopea filia Neregi (-rei), Glauci conjunx, nympha marina. Inoo) Patronymicon est a matre, ut Inous et Ledeam et reliq. Inous Graece dicitur, Licothea (Leu-) dicitur Latine mater nautica. Melicertae) Melicertes Athamantis filius, quem Corinthi Palimonem (Palaem-) in Istimon (Isthmo) colunt, Latini Portunum dicunt, quod portibus praesit. *Junilius* dicit.

— 498. Dii patrii) Qui praesunt singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Juno Carthagini. Indigetes) A Latinis, qui a Graecis ennichi (enchorii) dicuntur. Alii dicunt, ex quibus *Nigidius*, omnes deos indigetes nominari, quia nullius indigent; alii indigetes proprie interpretantur, quorum propria nomina ignorantur, ut sunt dii Penates, item dii Lares et dii consonantes (consentes), quorum singulorum nomina ignorantur.

— 514. Neque audit) Translatio. *Titus Gallus.* De tribus commentariis *Gaudentius* haec fecit.

Priusquam his exceptis finem imponam, temperare mihi non possum, quin quatuor scholia ad secundum et quartum librum adscripta adiiciam, in quorum duobus, ad res mythologicas spectantes, glossemata citantur, in duobus vero scriptorum fragmenta leguntur:

Georg. IV, 151. „Corybantia [3]). Alii opinantur, Corybantas Apollinis filios fuisse IIII numero, et horum nomina Carmanora, Anaxanora, Eleutheran [4]). Alii II dicunt Corybantas fuisse et horum nomina Montho, Calum, hosque ex lacrimis Jovis procreatos et ideo Corybanta (-as) dictos; quos (quas) nos pupillas in oculis dicimus, chorum (*κόρην*) Graeci appellant. Alii Corytas dictos eo, quod amis (hamis?) fuerint tecti. Alii Corybantas et Corytas dictos putant, quod fuerint corei (*κόροι*, an *κόρειοι*?), id est primae aetatis, quos alii nutritores, alii ministros Jovis appellant. In *glosomatibus* (glossem-) haec invenimus."

— 232. „Taygete) In Graecia. Taygete mira varietas; nunc una sorore omnes vult intelligi. Nuna (Nominatae a?) Pliade matres (matre sunt). Athlantis enim et Pliadis filiae numero VII, quas scripsit Aratus. Harum nomina: Merope, Asterope, Alcyone, Electra, Maia, Celaeno, Taygete. In *glosomatibus* haec nomina inveni."

— 564. „Parthenope) Inebrii (?). Parthenope, quae nunc Neapolis (Neap.), in qua scripsit Virgilius. *Sidonius Crancillus* [5]) dicit, Parthenopen Sirinen (Sirenem) sepultam in Campaniae littore, a cuius nomine Neapolis Parthenope vocata aestimatur."

---

[3]) Non solum in hoc, sed etiam in alio scholio, quod in margine adscriptum est, vocabulum Corybantia praefixum est. Certum igitur, antiquos illos grammaticos in exemplari suo lectionem *Corybantiaque aera*, pro *crepitantia aera*, quae etiam in nostro codice est, invenisse. Altera adnotatio haec est: „Corybantia) Corybantas ex Timo natas (-os) et Ope in insulam Cretam ad educendum Jovem missos dicunt, quorum nomina: Hypero, Perochenceiudon, Crantora, Patracona, et horum sorores: Cybeien, Dianam, Asiam, Europam, Fennirin, Euderchen; et ob hoc Corybantes vocatos, quod galeas primi sicut canos habuerint militares, quae adhuc urbes vocentur."

[4]) Quartum novem addendum esse videtur Crantor. Vid. adnot. 3.

[5]) Hic scriptor mihi incognitus.

Georg. II, 124. „Arbores) Arbores procerrimae gignuntur, quarum cacumina sagittae non pertingunt, sicque *Elitharchus* [6]) refert."

Multae praeterea adnotationes ad eclogas et georgicorum libros adscriptae sunt, quae ad certum auctorem non referuntur; sed tempus et spatium concessum me admonent, ut has nunc omittam et ad alium codicem transeam.

VII. Codex Basileensis F. II, 25. a me littera 𝔍 notatus, novem digitos et octo lineas altus, sex digitos et duas lineas latus, satis bene in membrana seculo undecimo, ut videtur, scriptus est, sed litterae iam nunc in multis foliis pallidiores sunt. In paginarum quaque treceni terni versus leguntur, et in margine et inter lineas scholia, nonnunquam a manu valde recenti scripta, inveniuntur. Continet bucolica, Georgica et Aeneida integram, cuius cuique libro versus Ovidii praefixi sunt.

VIII. Codex Bernensis 269. optime seculo decimo quarto vel quinto in charta scriptus, continet omnes Aeneidos libros cum versibus argumentum indicantibus, qui Ovidio adscribuntur. In pagina quaque trecenae lineae plumbeo graphio ductae, in iisque versus impositi sunt. In margine nonnunquam, saepius inter lineas a manu recentiore, quae seculi decimi sexti esse videtur, adnotationes adscriptae sunt. Propria habet hic codex haec signa in correcturis, ⊦ pro *h*, et ⊣, quo *h* positum deletur. Codex minoris pretii a me littera 𝔎 notatus est.

IX. Codex Bernensis 222. in charta decimo quinto seculo male scriptus, altus est decem digitos et quinque lineas, latus septem digitos et novem lineas et omnem Aeneidem continet. In primo folio introductio in Aeneidem et nonnullae aliae res, in secundo genealogia Aeneae et breves narrationes de Aceste, Aeolo, Junone, Didone, Minerva leguntur. In tertii folii pagina adversa duo carmina: *Primus habet* et *Aeneas primus* leguntur; in aversa pagina Aeneis cum scholiis marginalibus et interlinearibus incipit, sed in duodecimo folio adnotationes tantum, duo Hectoris et Achillis epitaphia et aliae res adscriptae sunt. Per totum codicem in margine argumentum versuum Virgilii eo modo indicatur, quo in carminibus et narrationibus illius seculi fit, quo hic codex scriptus est [7]). Post primi libri argumentum in hoc codice, ut in 𝔎., versus: *Ille ego, qui quondam* [8]) leguntur, qui in reliquis codicibus desunt. Codex, a me littera 𝔏 notatus, parvi est pretii et scriba, nullas certas regulas secutus, multis scribendi compendiis utitur.

Reliquorum codicum descriptionem nunc dare non possum, etsi inter eos nonnulli sint valde memorabiles; attamen *codex Servii no.* 363, non tam propter Servium ipsum, quam propter adnotationes, quae Servii verbis interpositae sunt, dignus est, cuius adhuc mentionem injiciam. Servii commentarii nonnunquam valde contracti sunt, et omnes fere veterum

---

[6]) Sine ullo dubio *Clitarchus Aeolius* intelligendus est, qui in libro suo de expeditione Alexandri haec de India narraverat.

[7]) In quinto libro ex. c. haec adscripta sunt: *Hic ostendit, quo modo Trojani delati sunt in Siciliam. — Hic ostendit, quomodo Acestes vidit eos et venit eis obviam etc.*"

[8]) In 𝔎 adscriptum est: *Prologus incipit, quem constat postmodum demptum ab emendatoribus*, in 𝔏 vero: *Hic continuatur iste liber ad librum bucolicorum et georgicorum.* In secundo versu in 𝔏 legitur: *carmina et*, in quarto *ac nunc*.

scriptorum loci, qui a Servio laudantur, omissi sunt; sed non raro adnotationes ad litterarias aliasque res spectantes interponuntur. Ad eclogae, verbi causa, nonae versum 35. reliqua, quae apud Servium leguntur, et haec adscripta sunt: *Nam Varus dux fuit, cui supra blanditur. Lege Pomponii expositionem in (H)oratium, quam vidi in Lorashaim* [8]). Nonnunquam nomen *Angelbergae* in codice legitur [9]), et morum praecipue Scoticorum non raro mentio fit †). Maxime vero memorabilis est hic codex propter voces peregrinas, quas Orellius, vir doctissimus mihique amicissimus, qui nonnullas enotavit [10]) Celticas esse putat. Partim integra enuntiata adscripta sunt, ut: *brigit dix' isel friart tailciud. frigargg. caith a uuair. cachoin. dodgena. ramlid bidreid riam cach. nam reid* [11]), quae in fine quarti commentariorum Servianorum libri leguntur, et quorum significatio quidem incerta, sed persuasum mihi est, secundum vocabulum esse latinum et pro *dixit* esse positum. Saepius glossae interlineares et marginales huius linguae sunt adscriptae, *togluasacth toglúaset chombairt* [12]), *criathuratha* vel *criatharatha* [13]), *muoralach* [14]), *rathramnus* [15]), *ruidgat* [16]),

---

8) Monasterium Laureacum (Lorch), vel Laureacense (Lorsch) intelligendum esse videtur.

9) Hoc nomen ad verba Servii adscriptum est: „*Consuetudinus regiae fuit, ut legitimam uxorem non habentes aliquam licet captivam tamen pro legitima haberent, adeo ut liberi ex ipsa nati succederent.*" et ad satirae secundae Horatianae versum 123.

†) Ad haec Servii verba: „*Genua misericordiae, unde haec tongunt rogantes,*" adscriptum est: *de flexu genuum, ut Scotti faciunt;* et ad verba Servii: *dicit translatum ad aliud clima hominem naturam ex parte mutare*, adscriptum: *de Scottis, qui moriuntur in aliena regione.*"

10) In editione sua Horatii p. V. *)

11) Saepe in codicibus scripturae Anglosaxonicae glossae inveniuntur, et multas inprimis Prisciani codices St. Gallenses continent, de quibus alio tempore loquar. In codice 1395 bibliothecae St. Gallensis folium est, quod scriptura Anglosaxon. verba continet, quorum forma nonnunquam cum verbis supra scriptis convenit; exeunt enim nonnulla in syllabas *art, aird, air* etc. Haec verba sic leguntur. *Nartu m ni m domnu m muir arnoib briathraib rolabrastar cr assachr diuscart dim andelg dniscolt cru ceite meim meinni be ai beim nand dodath. scenn toscen togaig rogarg fiss goibnen aird goibnemi renaird golb uenn ceingth assr focertar indepaidse inim inuisce fuslegarde immandelg immecúairt nitét foranairrinde nach foranalath. mambe andelg and dutóeth in dalafiacail airthir achmn r r r Argalar fnail r Dum esuresa diangalar fúailse dunesairc éum ét dunescarat eum éulaithi admai ibdach; focertar inso dogres imaigin hizabair thual r.* Sequitur linea, in qua litterae fere Graecis similes impositae sunt, deinde latina verba et iterum verba illius incognitae linguae, quae undecim lineas occupant. Etiam in alio codice St. Gall., in quo scriptum est de valetudine et obitu venerabilis Bedae presbyt. nonnulli versus leguntur, qui in dialecto Northumbriana scripti esse dicuntur. Dicit scriptor de Beda venerabili: *Canebat .. in nostra quoque lingua, ut erat doctus in nostris carminibus, dicens de terribili exitu animarum e corpore; Fore th'e neid faerae naenig uiuurthit thonc snot turra than him thafrsie toymbhyeggan nae aerhishin ionge huaet hisgastae godaes aeth tha yflaes aester deoth denge doe mul uueor thé.* Sed haec hactenus.

12) Haec ad verba Servii adscripta sunt: „*Virosa autem, remedia; nam licet multis sint remedio, tamen praegnantes eorum odore abiiciunt et egerunt partum,*" ita quidem, ut *togluaset* super v. *egerunt*, quod syllabam incipit, *chombairt* super v. *partum* et *togluasacth* in margine ante illa duo vocabula positum sit.

13) Adscriptum est ad verba *cribrum cereale.*

14) Referendum esse videtur ad v. *pocula*, et adscriptum est ad verba: *cum canibus timidi venient ad pocula dammae. bufo, rana terrestris.*

15) Bis haec glossa in codice invenitur, primum ad verba apposita: *dividit se unda in sinus reductos, id est replicabiles; gemini, pares, similes, interdum et duos significat;* tum ad verba: *geminos, more suo fratres, gemini enim non sunt duo, sed simul nati:* Videtur igitur glossa ad v. *geminus* pectare.

16) Haec glossa signo apposito ad v. *concha* refertur.

catharach [17], *rhabgargain* [18], *tairchel tach* [19]. Alia vocabula nomina propria vel sunt, ut *Staginulfus* [20], *Raigimboldus* [21], vel esse videntur, ut *Cormac* [22], *Macc longain* [23], *Mac ciacláin* [24], *Dungal* vel *Clungal* [25]. Quis Servii commentarios hoc modo contraxerit et dilataverit certo quidem dici non potest, sed coniecturam in re obscura proponere non superfluum erit. Post Servii commentarios Cassiodori rhetorica ita mutata legitur, ut colloquium inter praeceptorem et dissipulum efficiat, et huic rhetoricae praefixum vel Servii commentario subscriptum est nomen *Alcuini*. Hic mihi vel ipse hos commentarios scripsisse videtur, vel descripti sunt ex Alcuini exemplari. Quod si prius verum est, commentarii octavo seculo exeunte scripti sunt.

Sed iam satis de his codicibus locutus sum, et tempus est, ad ipsum Virgilium transire, cuius opera nonnunquam ex his codicibus emendari possunt; attamen nunc proponere nolo, ubi codices omnino cum recensione Heynio-Wagneriana non conveniant, sed in parte tantum secundi Aeneidis libri scripturae varietatem transscribere volo, non tamen ita ut quemque calami lapsum, et vitia in scribendis nominibus propriis adnotem, sed potiorem tantum scripturae varietatem adnotabo.

Varietas scriptura.

2. thoro L.

7. milis F. miles D. (sed *e* a m. sec. ex *i* mutat.). - ulixis GJ. (in G *s* a m. rec. additum.)

8. caelo, *omnes*, *excepto* L, *in quo* celo.

12. luctumq; K.

15. divina C. (*a* ex *e* mutatum)

16. intexsunt FG.

18. delecta G (prius *e* ex *i* mutatum)

21. Ingentes BCDKL (in C secundum *e* in *i* mutatum a m. sec., in D post *t* rasura et *e* supra scriptum). - complent BCDFK.

24. deserto litore B (*in* supra scriptum.)

29. sceus tendebat K.

30. acies BCDL. acie *rell.* (sed in G *s* a man. rec. additum est.)

34. facta C (*c* fere erasum).

37. flammas B. (secundum *a* in *i* mutatum).

38. uteri aut D. - temptare BCDFGJL.

39. vulgos CDFGJKL.

40. omnes DJKL (quod in B. in *omnis* mutatum a man. rec.)

43. hostes BDJKL. in C *hostis* a m. rec. in *hostes* mutatum.

---

17) Vocabulo *Sermonibus* haec glossa supra scripta est.

18) Supra scriptum est voc. *Gaurus*, nomini montis.

19) Adscripta sunt ad verba: *Vnde magica ars omnis exclusa est, sicut Plinius in naturali historia dicit. Liminaque. brevis i pro longa, quod hac ratione defenditur.*

20) Hoc nomen ad verba commentarii ad Aen. I, 108: *Saxa latentia, propter tempestatem — a Sisenna propitiae vocantur*, adscriptum est.

21) Bis hoc nomen in codice inveni, primum adscriptum ad verba: *dicunt esse omnium rerum ideas quasdam, id est imagines*, tum ad verba: *Caeli iocundum lumen. bene iocundum addidit, est enim apud inferos, sed non iocundum.*

22) Legitur apud verba: *Plus est innocentibus succurrere, quam nocentium delicta punire.*

23) Ad verba est adscriptum: *Arma dicuntur cunctarum artium instrumenta, ut cerealiaque arma.*

24) Hoc nomen ibi appositum est, ubi historia Sibyllae Cumanae his verbis narratur: *Illa hausit harenam manibus et tam longam vitam poposcit, cui Apollo respondit, id posse fieri, si Erythriam insulam relinqueret et eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit, ut illis defecta corporis viribus vitam in solu voce retineret.*

25) Ad adnotationem Servii ad Georg. IV, 91. adscriptum est nomen: *Nam ut binae regum facies ita corpora. Squalentibus, splendentibus, quod a squamis venit, ut squamis auroque tilicem, nam a squalore sordidum significat.*

45. Aut h' B. - inclusi G. (super litt. *c* est *e* positum, et ante *s* est rasura).

48. nec credite L.

49. ferentes BCDGK (in G tertium *e* ex *i* correctum; in B tertium *e* a m. rec. in *i* mutatum).

51. Compagibus BCDFIK.

52. recuso CF; in quibus secundum *s* supra scriptum. - recusso G', sed utrumque *s* in rasura.

53. Impulerat CDFGK.

56. stares, *omnes mei*. - maneret GK (in G *s* a man. rec. supra scriptum est.

59. quis se DK. quis ignotum G. (*se* a m. sec. supra scriptum).

62- dolo D. - certe BCFG. In D ultimum *e* in *ae* mutat. a m. rec.

64. illudere BIK.

65. Accipe, *omnes mei*.

66. omnes BCGIKL., in D *omnis* sed super *i* positum *e*.

67. conspectu medio K. (*in* a m. rec. supra scriptum).

68. Constetit G (a m. rec. mutatum in constitit.)

69. Inquid I.

70. Accipere, *omnes*.

71. locus insuper DKL (in K *in* in rasura scriptum).

72. incensi L.

73. compressus BCDGIL. - omnes G, quod in F in *omnis* mutatum est.

74. Impetus, *omnes*.

75. memoraet I. (*e* secundum interpositum a m. antiqua.)

76. In margine adscriptus est versus in BFG, in rasura in C, inter lineas a m. rec. appositus in D.

77. Cuncte quidem CG (in utroque super prius *e* est *a* positum). - fuerint quaecumque CL.

78. neme B (*q;* supra scriptum).

79. ne si B (*c* super *e* positum). - nec sibi K. (syllaba *bi* linea inducta est correcta).

80. Fincxit I.

81. aliquid CFI. - aures, BCDGIKL, in G *e* est ex correctura.

82. inclyta DK (in utroque *y* ex correctura.) - inclita BFIL, inditio CFGK.

88. regno instabilis L. - incolomis CFG. regnumq ; F. regumque, reliqui, sed in B post *g* rasura.

89. consiliis BCDIFKL, sed in F prius *s* in rasura est scriptum. - deusq ; K.

90. Fallacis DL. pellacis, *reliqui*, sed in FG *pe* in rasura scriptum est, et in F praeterea fallacis supra scriptum. - Ulixei C. Ulixi, *reliqui*, sed in K prius *i*, ut semper, in *y* mutatum.

91. Haut G. a m. pr., a sec. *t* in *d* mutatum.

92. Afflictus BCDIKL, sed in B prius F in rasura.

94. et fors G, *me* super *et* scriptum.

95. argos F. a m. rec. mutat. in *agros*.

97. michi B, ut fere semper. - prima labes C (*mali* in margine).

99. vulgum, *omnes*. - constius B (*t* a m. rec. mutat. in *c*).

101. nec quidquam L. necquicquam I. nequiquam BDFG. nequicquam revulvo K. (*ingrata* in margine).

102. omnes, *omnes mei*.

103. summite K. paenas I. penas L.

105. causas, BCDFKL.

111. hiemps BCFGI. hyems K. euntes BDFGKL.(sed in B -*es* in -*is* mutatum. in G -*es* in rasura). In C euntis mutatum in euntes.

112. cum, *omnes mei semper* - contextis C (*is* a m. rec. mutatum in *us*).

114. scitantem BL (sed in B. mutatum in *scitatum*). scitatum, *reliqui*, sed in G. ante et post secundum *t* rasura.

115. Mictimus K.

119. vulgi, *omnes*. - aures BCDFGIKL.

120. obstipuere ℭ𝔉𝔊ℑ. in 𝔇. *i* a m. rec. in *u* mutat. - animi 𝔅ℭ𝔉. animis, *reliq.*

122. magno vatem calcanta 𝔏.

123. sunt 𝔎. - nomina 𝔊. sed *o* in *u* mutatum. - divum, *omnes mei.*

124. mihi multi iam 𝔇. et multi mihi iam 𝔏.

125. In ℑ in margine.

126. Hic versus in ℑ post 127 legitur.

128. tandem itaci magnis 𝔏.

129. Composito, *fere omnes mei.*

130. Assensere 𝔅𝔏 (in 𝔅. *ssens* in rasura). - timebat 𝔏 (ante *a* rasura).

131. Unius miseri ℑ.

133. timpora 𝔇𝔉 (in 𝔉. *e* est in *i* mutatum). - victe 𝔏.

138. dulces 𝔅𝔎𝔏 (in 𝔅. *e* in *i* mutatum.), dulcis in ℭ𝔇 in *dulces* mutat.

139. ad poenas, *omnes mei.*

142. si quaest 𝔉. (*st* a m. valde recente additum). - restat 𝔅𝔇ℑ𝔏. In 𝔎, voc. restet secundum *e* in rasura scriptum est.

146. Ipse vero, ℭ. (secundum *e* a m. rec. in *i* mutat.) - ac, 𝔎. - arcta, 𝔉𝔎.

148. haec dissere, 𝔅. - vere ℭ. (*re* a m. rec. mutat. in *ra*)

150. immagnis, 𝔏.

151. Quidve, in 𝔊 et 𝔎 quoque, sed in 𝔊 *ve* supra scriptum, in 𝔎 in rasura est.

152. dolos, 𝔊. (secundum *o* a m. rec. mutat. in *i*).

153. palmis, ℭ. (super *i* est *a* scriptum).

154. In 𝔊 a m. rec. inter lineas est adscriptus.

155. numine 𝔏. - nomen ℭ𝔊 (sed in ℭ *o* in *u* mutat; in 𝔊 *u* suprascriptum.

156. victeq., 𝔏. ostia, 𝔊ℑ.

157. nihil graiorum, ℑ.

158. odiisse, 𝔏. - aures, 𝔊. (*e* a man. rec. in *a* mutat.).

159. patrie ne, 𝔏.

163. impius, *omnes mei.*

164. olixos, ℭ. (super prius *o* est *u* scriptum.).

165. agressi, ℑ𝔎 (sed in 𝔎 secundum *g* a m. rec. supra script.) aggressi 𝔇𝔏 (in 𝔇 super prius *g d* est positum.) - Sacratauellere, 𝔅. - avellere, 𝔊., sed post *a* rasura.

167, Corripuere, *omnes mei.*

168. victas, 𝔏.

173. arrectis, 𝔇𝔉𝔐𝔏. arrenctis, 𝔎. (sed *n* deletum.). arectis, ℭℑ. arectis, 𝔅, sed alterum *r* supra scriptum; ante *s* est rasura, et *i* a man. rec. est profectum.

176. Extemplo, 𝔉. secundum *e* mutat. in *i*. - temptanda, 𝔅ℭ𝔇𝔉𝔊ℑ𝔏.

177. excindi, 𝔅ℭ𝔇𝔊ℑ𝔎𝔏. sed in 𝔅. *cindi* in rasura, in ℭ. *c* est supra scriptum, in 𝔏 lineis inductis *n* est deletum.

178. Omina, etiam in 𝔊 et 𝔎, sed in utroque ex correctura. - nomenque, 𝔊. super *o* scriptum *u* a m. rec.

179. advexere, 𝔎𝔏.

180. quo, 𝔏.

182. Improvisi, 𝔇ℑ𝔎𝔏. degerit, 𝔅. sed prius *e* in *i* mutatum est. — omnia, 𝔅𝔉ℑ𝔎𝔏, sed in 𝔅. hoc vocab. in rasura, et in margine adscriptum: *omina*, quod in reliquis est, et in 𝔇𝔊 quidem in rasura.

183. nomine, 𝔊. super *o* scriptum est *u*.

185. attollere, *omnes mei,* sed in 𝔅 prius *t* ex *d* mutatum est.

186. tectis, 𝔊. *c* a manu rec. mutatum in *x*. caelo, *omnes mei.*

187. Neu, 𝔎. (sub *u* puncta posita). — aut, 𝔊., sed. *ut* a m. rec. additum. - posset, 𝔅. *e* ex correctura a pr. manu, ut videtur.

188. Nec, 𝔎. - relligione, 𝔅ℭ𝔇𝔎., in 𝔅𝔇𝔎. alterum *l* supra scriptum, et in 𝔅. syllaba *li* praeterea ex *le* a m. rec. est mutata.

190. Tunc, 𝔅. dii, 𝔇ℑ𝔎𝔏.

192. Si, 𝔅. super *i n* positum est. - ascendisset, *omnes mei.*

193. perurique, 𝔎. *que* a m. rec.

196. quoactis, 𝔊. quoacti, 𝔉., et *s* a m. rec. additum. coacti, 𝔏.

198. Nonon ni, C. ante *ni* rasura, et secundum *o* mutatum in *a*, decim, BD. *i* a manu rec. mutat. in *e*.

200. obicitur, BCFGIKL. improvida, L. quod et in B. ex correctura est.

202. Sollemnes, B. (secundum *e* ex correctura) - sollemnis, CDG (in G *n* a m. rec. in rasura; in CD super *i* a m. rec. *e* positum.) Sollempnis, I. Solemnes, L. Sollennes, K.

204. auguis, C. (super *i* est *e* scriptum.)

206. arecta, K. errecta, L. arrecta, *reliqui*.

207. superant, (non *exsuperant*,) *omnes mei codd.*

208. sinuatque, BC., sed in C super *a* est *n* scriptum; reliqui habent: sinuantque.

210. Ardentesque, BDKL. (in B. secundum *e* ex correctura.) ardentisque, *reliqui*, sed in C super *i* est *e* scriptum. - subfecti, C.

212. exangues, BDKL., sed in B super *a s* scriptum est.

213. implicat, *omnes mei codd.*

216. post illum, B. a m. sec. mutatum in *ipsum*.

217. Corripiunt, *omnes*.

221. perfusas, FI. in F. syllaba *as* a m. rec. in rasura; in I. *as* a m. antiqua in *us* mutat.- perfussas, G. - vitas, F. victas, KL.

223. quales, L. cum, *omnes mei* hic et ubique.

225. In C. a m. rec. in margine scriptus.

227. Sup pedibusque, FG.

230. quispide, C.; *cu* super *is* scriptum.

232. Sede, G. super secund. *e* est *s* positum.

235. Accinegunt, C. accingunt, *reliqui*.

236. subitiunt, BI. subiciunt, *reliqui* et D quidem ex correctura. — Stupea, *omnes mei*, sed in BD. secundum *p* supra scriptum est.

238. Facta, BCDI. — pueri circum, *omnes*.

239. fenem, C. *u* a m. rec. super prius *e* scriptum - finem, L. Versus 239—241. hoc in L ordine leguntur: 240. 239. 241.

240. illabitur KL. in reliquis: inlabitur, sed in B. *l* a m. rec. super *n* scriptum.

241. divum, *omnes*. - et inclita, *omnes*, sed in B. secundum *i* mutatum est in *y*.

242. quater in ipso, L.

243. sonito, F. a m. rec. secundum *o* mutatum in *um*.

247. ora di, FGI. in *i* linea undulata imposita est. - de iussu, D., in quo post *e* parva rasura. - iussi, B. super secundum *i* est *u* positum.

250. caelum, *omnes mei*.

253. complectitur, *omnes mei*, in B. ex correctura.

254. Argive, C. *ve* mutatum in *va*. - ibant L. sed *n* lineis inductis deletum est.

255. tacita, C a manu rec. in fine *e* additum.

262. Dimissum, DI. sed in D. super prius *i e* scriptum est. - lapsi, CFG.

265. sompno, L. - sepultum, C. *um* a manu rec. mutat. in *am*.

266. omnes, *codd. omnes mei*.

267. accipiunt, *omnes mei*. - sotios, BCI. in B *t* in *c* mutatum.

269. divum, *omnes mei*. - quietissima serpit, L. supra scriptum: gratissima.

271. flectus, K. sed *c* linea inducta deletum.

272. condam. CFGK.

274. Ei, BCDFG. hei, L.

275. inductus, K., sed *c* linea inducta deletum est. - Achillis, CDFG., sed in G. *s* a manu rec. additum est.

276. ignes, BDFGIK., in G. *e* ex *i* mutatum est.

277. concreto, C. *s* a m. rec. additum. - crines, *omnes mei*.

278. Vulneraque, *omnes mei*.

279. Accepit, *omnes mei*.

280. Compellare, *omnes mei*. - et promere, F., super *et* scriptum *ex*.

281. Dardanide, 𝔏., sed tertium *d* lineis inductis deletum.

282. Hector arboris. 𝔉.

283. Expectate, 𝔅𝔉𝔍𝔎. expectatae, ℭ.

285. Diffessi, 𝔇., sed priori *i* est *e* impositum. aspicimus, ℭ𝔇𝔉𝔊𝔍𝔎𝔏. etiam 𝔅, sed prius *s* a m. sec. super *a* scriptum. – causa, *omnes mei*, hic et ubique.

286. vultus, *omnes mei*. – vulnera, *omnes mei*.

287. nichil 𝔍𝔏. in 𝔅. inter *i* et *h* rasura est. – morator 𝔊., sed super secundum *o* est *u* positum.

288. genitus, 𝔊. a m. sec. mutatum in *gemitus* est.

290. alto culmine, 𝔍., quod et in 𝔊. a m. pr. sed a m. sec. *a* super *c* positum.

291. datum est, 𝔅.

292. possent hoc etiam, 𝔎.

294. iis, 𝔎.

295. statuesque, 𝔊𝔏.

297. aditis afert, 𝔅. sed prius i in y mutatum, secundum *a* punctis impositis deletum, et *ef* supra scriptum.

299. quamquod 𝔊., *quod* a m. rec. rasura et correctura mutatum in *quam*.

303. ascensu, *omnes mei*. adrectis ℭ., mutatum in *arrectis*, quod in reliquis est. – asto, 𝔅ℭ𝔇𝔉𝔍𝔎𝔏.

304. flammis, 𝔏.

305. flamine, 𝔏. flumina, ℭ. a rec. m. in fine *e* additum. – torrent, ℭ. super sec. *t* est *s* scriptum.

308. Accipiens, *omnes mei*. – vertica, ℭ. in fine *e* a m. rec. additum.

311. Vulcano, *omnes mei*. – proximus, *omnes mei*.

313. Exortitur, ℭ.

315. in arcem, 𝔏. supra scriptum est: *vel armis*. – artem, 𝔉., sed super *t* est *c* scriptum.

317. Precipitat, 𝔉. *n* super *a* scriptum a m. rec.

321. cursumque, 𝔎. – litora 𝔊𝔏. limina, *reliqui*.

323. Vix efatus, ℭ. super *e* a m. rec. *a* positum.

325. Dardanide, 𝔏. sed tertium *d* lineis inductis deletum. – Ilion: ingens, 𝔎.

327. domnantur, 𝔎.

328. astans, *omnes mei*, sed in 𝔊. super prius *a* est *d* adscriptum.

329. Fudit, 𝔊. ante *d* rasura. – equos, 𝔊., sed *u* super *o* positum a m. rec.

330. alii vi patentibus, 𝔏. – assunt, 𝔏.

331. Milia, *omnes mei* hic et ubique.

333. Oppositis, 𝔉𝔎𝔏. oppositi, 𝔅., sed super secundum *i* est *s* positum a m. sec.

334. temptant, *omnes mei* habent, excepto 𝔎., in quo *tentant*.

335. resistent, ℭ. secundo *e* est *u* supra scriptum.

336. divum, *omnes mei*.

337. Erinys, in omnibus meis uno *n* scriptum est.

339. maxumus, 𝔅. maximus, *reliqui*.

341. agglomerant, 𝔇𝔍𝔎.

342. illis qui ad, 𝔏.

347. Audierat, 𝔅ℭ𝔇𝔍𝔎𝔏, sed in 𝔅. in margine a manu recente adscriptum, in 𝔉. secundum *a* in *i* mutatum. In 𝔊. audierit, sed super secund. *i* est *a* scriptum.

349. audentem, *omnes mei*, sed in 𝔏. supra scriptum est: *vel audendi*.

352. Dii, *omnes mei*, excepto 𝔅., in quo *di*.

354. medio, 𝔎.

358. expectant, 𝔇𝔉𝔊𝔍𝔎. – ostis, 𝔅ℭ. in 𝔅. *i* mutat. in *e*, in ℭ. *h* supra scriptum est. – hostes, 𝔏.

362. laborem, 𝔅., quod a man. rec. in *labores* mutatum.

364. In 𝔉. a m. rec. inter lineas adscriptus est.

365. domos, 𝔊., sed secundum *o* ex correctura. – relligiosa, 𝔅ℭ𝔎., quod in 𝔇𝔉 ex correctura est.

367. Condam, 𝔎. quondam, ℭ. et supra scriptum: *aliqui do*. i. e. aliqui quando.

368. crudeles, 𝔊. secundum *e* mutatum in *i*. – ubique est, 𝔉., sed *est* a m. rec. super *ubique* scriptum.

371. offert, CDFGIL. - se nobis, K.

372. compellat, BCDFGI. - compleat, K. super *e* alterum *l* scriptum est

373. morator, B. super secundum *o* est *u* positum.

374. inscensa, F. sub prius *s* punctum positum. - ferunt, L. sine *que*.

376. extemplo, D. (secundum *e* ex *i* mutatum est). - neque responsa, F. (*enim* a m. sec. supra scriptum est). - dabantur, B. (*ur* a m. rec. additum).

377. dilapsus, BDFIL. - hostes, BDIK. hostis, C. super *i* est *e* positum.

378. Obstipuit, BCDFGI.

380. trepidisq., C. super secund. *i* est *u* positum.

381. Attollentem, CDFGIKL.

383. Irruimus, BCIKL. — circumfundimur, L, sed *n* lineis inductis est deletum. — circumfundimus C, *s* in *r* mutatum est.

385. aspirat BDIKL. sed in B. est *d* super prius *a* scriptum. primo L. et supra scriptum est: *vel patrio.*

386. exultans, *omnes mei.*

388. cliopeos, C.

390. in oste B. *h* supra scriptum est.

396. inmisti K. — nomine G. super *o* est *u* positum.

398. multos demittimus K in marg. danaum. - dimittimus, BCDF. sed in BC primum *i* a m. rec. in *e* mutatum. demittimus, G, sed *e* in *i* mutatum.

399. Difugiunt, I. — naves, *omnes mei.*

401. Scadunt, G. sed super *a* positum est *n.*

402. nichil, I. quod et in B. fuit, in quo nunc ante *h* rasura.

408. medium jecit G. sed *in* super *um* scriptum. — moriturus BDFG. — agmen, G. ex correctura, nam prius scriptum erat: agnem.

411. obluimur, C. (*l* a m. rec. mutatum in *r.*). — caedis, G.

412. galearum errore, G. — tubarum, L.

413. Tunc, B.

414. collecti, BDFGK. colecti, I. sed alterum *l* super *e* positum.

415. Atrides, L. — dolopumue, BDI.

417. confliguntque L.

421. fudimus, G. sed ante *d* rasura.

422. apparent, *omnes mei.*

423. Agnoscunt, *omnes mei*, sed in C ante *g* rasura. — adque G.

424. Illicet, L. ilicet, C. sed ante *l* rasura.

427. fugit, L. sed *g* lineis inductis deletum.

428. Diis, DIKL.

431. cineris C. super secund. *i* est *e* positum.

432. nostro, L. nec ullas G. sed *a* ex correctura, et *s* fere erasum. — nec ellus C. (post *c* parva rasura, in qua adhuc *t* conspicitur; super secund. *e* a m. rec. *u*, super *u* est *a* positum).

434. In margine adscriptus in B.

436. vulnere, *omnes mei*, sed in C. pro *re* prius *ra* scriptum. — ulixis, K. ulixei, C. ulixej, G.

437. sedem, B.

439. morirenter C (super *i* est *e* scriptum). morentur, F. super *en* syllaba *re* scripta a man. rec.

440. ruentes, FKL. ruentis, C. sed *e* super *i* scriptum est.

443. ac tela, G. a m. sec. *c* in *d* mutatum.

444. obiciunt, FGL. obitiunt, BCIK. praessant C. super prius *s* est *n* scriptum.

445. turres, BDFGL, sed in L *e* ex *i* mutatum a m. rec.; turris, C. *e* super *i* scripto. — ac tuta G.

446. hisce quando, K. *ce* in rasura.

447. iam morte, KL. sed in K. *in* a m. rec. supra scriptum.

449. devolvunt. strictis, C. in margine *alii.*

451. Iusaurati C. ante *t* rasura. Instaurato, G. *o* a m. rec. in *i* mutatum.

452. viros levare, K.

453. At ergo, I.

456. incomitate, ℭ. (*te* mutat in *ta* a m. rec.).

458. Evade, 𝔉. super secund. *e* scriptum *o*. — ciclis unde, 𝔏.

463. Aggressi, 𝔅𝔇𝔏 et in 𝔎. ex correctura. — labentis, 𝔉. labantes, 𝔅ℑ𝔎. sed in ℑ. et 𝔎. secundum *a* in rasura scriptum est, in 𝔅. syllaba *tes* mutata ex *tis*. — labantis, *reliqui*, sed in ℭ. super *i* est *e* positum.

465. impulimusque lapsa, 𝔉. — elapsa 𝔏.

470. Exultat, *omnes mei*. — choruscus taena, 𝔏.

473. Cum, 𝔇ℑ. in 𝔇 in margine: *vel nunc*. — novis, 𝔏. et supra scriptum: *novus*.

476. Achilles ℭ. *e* est in *i* mutatum a m. rec.

479. correpta, *omnes mei*, ut semper.

480. prorumpit, 𝔏.

481. namque, 𝔅. — excissa, 𝔇. exusa, ℭ. quod in *excisa* mutat. a manu rec.

483. Apparet, *omnes mei*, ut semper.

485. stantes 𝔅𝔇𝔉𝔊ℑ𝔎𝔏. sed in 𝔅. *e* in *i* mutatum.

489. matris 𝔅ℑ. super *i* est *e* scriptum.

491. clastra, 𝔊. *u* a m. rec. adscriptum. — nec ipsi, 𝔅ℭ𝔉.

493. et moti, ℑ. *e* super *m* a m. rec. scriptum.

497. Exit, ℭ. — oppositosque ℭ (*to* mutatum in *ta*.) — vicit, 𝔎. — molos, ℭ. super sec. *o* est *e* positum.

500. Atrides, ℑ.

502. ignis ℭ𝔇. sed super sec. *i* est *e* positum. — ignes, *reliqui*.

507. ubi, 𝔎. sed *bi* in rasura. — convulsaque, *omnes mei*.

508. mediis penetralibus, 𝔇ℑ𝔏, sed in ℑ. *iis* in rasura. — mediis in penetralibus, ℭ.

511. hostes, 𝔅ℭ𝔇𝔉ℑ𝔎𝔏.

513. justaque, ℑ.

517. divum, *omnes mei*. — amplexi, ℭ. super *i* est *e* scriptum. — tenebant, 𝔇ℑ𝔏. in ℑ. supra scriptum: *alii sedebant*; in 𝔇. a manu rec. mutatum in *sedebant*, quod in reliquis est.

518. iuvenilibus, ℑ𝔎.

521. Nec, 𝔅.

522. afforet, ℑ𝔎𝔏. in 𝔅 ex *adforet* mutatum.

523. tandem accede, 𝔎.

524. affata, 𝔏.

526. autem lapus, ℭ, ante *l* est rasura. — elapsus, *reliqui*.

527. ostes, ℑ. hostes, *reliqui*; 𝔊. ex correctura.

529. vulnere, *omnes mei*.

532. multo cum, 𝔎., *vitam* in margine adscriptum.

535. scelere, clamat, 𝔅., (*ex* super *c* a man. rec. positum).

536. curat, ℑ. ante *t* a m. rec. *e* additum est.

539. vultus, *omnes mei*.

540. mentires, ℭ., secundum *e* a m. rec. mutatum est in *i*.

541. exangue, 𝔅𝔉𝔎.

546. In summo, ℑ.

547. In 𝔊. inter lineas adscriptus est.

550. trementuem, ℭ., *u* fere erasum est.

551. lapsantem, 𝔅ℭ𝔇𝔉ℑ𝔎𝔏.

552. Implicuit atque comam, 𝔏.

554. Hic finis, 𝔏.

555. incensum, 𝔇. — prolapsa, 𝔅ℭ𝔇𝔉𝔊ℑ𝔎𝔏.

558. avulsum, *omnes mei*. — umeris, 𝔉𝔊. — capud, ℭℑ.

559. In 𝔊. in margine adscriptus est. — Mecum, 𝔇., *c* a man. rec. in *t* mutatum est. — circumstetit, 𝔉., sed *e* in *i* mutatum est a man. rec. — orror, 𝔉𝔊. in 𝔉. super prius *o* est *h* positum.

560. Obstipui, 𝔅ℭ𝔇𝔊ℑ., sed in 𝔇. super prius *i* est *u* positum.

562. exalantem, 𝔅𝔉ℑ𝔎𝔏., sed *h* super prius *a* scriptum in 𝔅𝔉𝔎. — subit, 𝔇𝔉. — et deserta, 𝔉.

563. pravi ℭ., a m. pr., quod rasura et correctura mutatum est in *parvi*.

567 — 588. in omnibus meis codicibus desunt. In 𝔅. in margine haec adscripta sunt: *Ex hoc*

loco sunt minus plures versus a Tucca et Varo (Vario) *praecisi, quibus continetur, quomodo voluisset Aeneas Helenam occidere, furore accensus, cum vidisset eam ornatam et gloriantem de victoria Graecorum. Sed Venus tenuit dextram ejus, excusans eam et dicens, esse illam innoxiam atque immunem ab hac culpa. Ideo igitur dempti sunt a supradictis auctoribus, quia superfluus est hic locus, vel quia turpe videbatur, ut fortis vir, contra mulierem indignans, vindicaret se de ea.* In codice 𝔇. haec in margine leguntur: *Hic desunt versus XXII.*

Scholia ad Aeneidis libri secundi versus 1. — 22.

V. 1. Familiare est Virgilio, initium sequentis libri fini praecedentis jungere. 𝔈. — Initium hujus libri jungitur fini praecedentis, et loquitur Dido ad Aeneam dicens: Immo age, et a prima, hospes, origine nobis etc. 𝔅. — *Conticuerunt*) Simul omnes tacuerunt. 𝔎. — siluerunt, dum Aeneas narraret. 𝔉. — siluerunt vel silentium fecerunt. 𝔍. — Tacuerunt, inquit, et desiderio ducebantur audiendi. Tacuerunt propter ejus honorificentiam, qui erat locuturus, partim quia mens hominum novis fabularum contexionibus delectatur, et, regina volente audire, debuerat exhiberi silentium, ne loquentem impedirent, et desideratum Didonis auditum clamoribus revocarent. 𝔅. — Tres ob causas tacuerunt, vel quia servabant honorificentiam tanti viri loquentis, vel propter aviditatem audiendi, vel dignum erat, ea tacente, ceteris tacere. 𝔈. — *Omnes*) Trojani et Tyrii. 𝔈. — Universi Trojani, vel Tyrii, qui plausum faciebant. 𝔍. — Tyrii scilicet et Trojani, qui strepebant vocibus et plausu. 𝔅. — *Intenti*) curiosi audire. 𝔉. — Stupefacti. 𝔍. — Suspensi, pro intenti i. intenta tenebant ora, ne loquerentur. 𝔅. — Aut ora intuebantur loquentis, aut immobiles vultus (tenebant, 𝔎.) habebant 𝔈𝔍. ut: tenuit inhians Cerberus ora, id est, immobilia habuit. 𝔍. — *Ora*) facies (𝔍.) vel vultus. 𝔉. — *Tenebant*) In fine tertii libri: Sic pater Aeneas intentis omnibus unus. 𝔍. — Habebant 𝔅.

V. 2. *Inde*) pro deinde. 𝔎. — Deinde, Aphaeresis. 𝔇. — Aphaeresis pro deinde. 𝔍. — *Toro*) Sede. 𝔇𝔉𝔎. — strato vel lecto. 𝔍. — Ex summo loco, nam locus pontificialis sublimis est semper. 𝔈. — Ex loco, in quo discumbebat, ex altitudine scilicet tori, in quo discumbebat, unde audiri melius et videri possit. Torus hic lectus, vel lectus herbidus. 𝔅. — *Pater*) Venerabilis. 𝔎. — Sic orsus) Sic coepit loqui (𝔅.), alias: finivit. 𝔈.

V. 3. *Infandum*) Non dicendum (𝔎), vel adversum. 𝔉. — Nefandum, quia viro forti pudori est et dolori, se victum dicere. 𝔈. — Id est saevum, vel miserum, vel scelestum; quoniam Aeneas non aliena mala, sed propria erit narraturus, idcirco ait infandum. 𝔍. — Id est: nec dicendum. Narrationis istius principia multas virtutes oratorias continent, nam et loci et temporis et personarum Virgilius memor est, et Aeneam ipsum inducit proposita retinere. Quod cum vult ostendere, simul prolixa asserit, et multa, quae nec loco, nec tempori, nec personae convenirent, haec erant vel maxime relaturo contraria; nam audire tristia et proprios dolores referre, non est jucundum, nec aequali morsu animum ferit; sed quia haec cupiebat regina cognoscere, cujus voluntati pro ratione temporis relatio exacta negari non poterat, confugit ad brevitatis remedium, ut neque ipse multis dura referendo longos cruciatus incurreret, neque Didonem, tempore quietis urgente, plurimum vigilare perficeret. Hoc loco supra

artis praecepta Virgilius docet, quid in talibus causis observandum sit; nam cum omnis narratio debeat brevitate succingi; tum magis colligenda est, cum propria mala narrantur; nullus enim haec refert, ni fuerit, ut Aeneas, aliqua necessitate compulsus. Unde sentiendum est e contrario, vitium non esse narrantis, si in relatione laetarum rerum aliquantum fuerit commoratus; prospera quippe et referentem juvant et erigunt audientem. 𝔅. — *Jubes*) Vis. 𝔎𝔇. — Pro vis; indignum est enim, quod regina regi imperet. 𝔅. — *Renovare*) me. 𝔍. — iterare. 𝔎. —

V. 4. *Ut*) quomodo. 𝔉. — qualiter. 𝔎. — *Opes*) i. e. divitias. 𝔉. — Opes numero singulari auxilium, pluraliter divitias dicimus. 𝔈. — *Lamentabile*) i. e. flebile. 𝔉. — Lamentis dignum. 𝔅. — Magnum, quia dignum multa lamentatione. 𝔎. — Dignum lamentatione, quia duodecim annorum viguit. 𝔈. —

V. 5. *Eruerint*) Deleverint. 𝔎. — Everterint. 𝔅. — Subverterint (𝔈.) vel destruxerint. 𝔍. — Rapuerint, destruxerint 𝔉. — *Danai*) Graeci. 𝔇. — Argivi (𝔎.), a Danao rege; proprie sunt Thessali Graeci, dicti a Graeco rege. 𝔈. — Hoc est a Danao rege. 𝔅. — *Quaeque*) i. e. excidia. 𝔉. — Ea, quae jubes renovare. 𝔍. — Et tu vis, me iterare ea. 𝔎. — *Ipse*) Emphasis est. 𝔈. — Pro majori certitudine dicit, se haec vidisse. 𝔅. — *Miserrima*) i. e. infelicissima. 𝔉𝔍. —

V. 6. *Quorum*) i. e. excidiorum. 𝔉. — miserorum. 𝔍. — miserrimorum, propter amissam conjugem dicit. 𝔈. — Haec dicit propter perditam uxorem Creusam. 𝔅. — *Pars magna*) Propter amissam uxorem. 𝔎. — Est sensus: pro quibus multum laboravi. 𝔍. — Sustinui magnam partem. 𝔉. — *Fui*) Ego. 𝔎. — *Quis*) Consideratio loci, non enim in convivio tristia narranda erant. 𝔈. — Non solum, inquit, nos Trojani non possumus referre haec sine lacrimis, sed etiam ipsi hostes non possunt se cohibere a fletu, si cœperint narrare etc. 𝔅. — *Talia*) Piacula. 𝔉. — *Fando*) Dicendo. 𝔉. — Dum fatur. 𝔈. — Gerundi modus ab activo. 𝔅. — Dum ipse dicit. Sensus talis est: Sine lacrimis haec ne a quovis hostium dicerentur. 𝔎. —

V. 7. *Myrmidonum*) Achillis et Pyrrhi socii. 𝔇. — Myrmidones socii fuerunt Achillis, Dolopes Pyrrhi. 𝔎. — Myrmidones, una gens procreata de formicis, socii Achillis, qui erat de ducibus Graecorum fortissimus. 𝔉. — Myrmidones sunt socii Achillis, quia secundum fabulam de formicis homines facti sunt. Myrmica Graece formica dicitur. 𝔅. — Achilli socii. Myrmidones autem dicti sunt fabulose, quod Aeacus cum in arbore fici myrmicas i. e. formicas vidisset, optavit, tot habere socios, qui statim pro voto illius mutati sunt. Revera dicti sunt a rege Myrmidono. 𝔈. — Thessali. socii Achillis. Id est sociorum Achillis, vel homines nati ex formicis, quos Achilles secum adduxit. Myrmidones sunt Achillis socii, Dolopes Pyrrhi, qui eum de Scyro insula secuti sunt. Dicti autem sunt Myrmidones propter hanc causam: Aeacus cum in arbore fici formicas vel myrmicas vidisset, optavit, sibi tot socios evenire, et statim formicae in homines versae sunt. Sic haec fabula est. 𝔍. — *Dolopum*) i. e. gens Thessaliae. 𝔉. — Quos Pyrrhus duxit. 𝔍. — Pyrrhi, qui eum secuti sunt de Scyro. 𝔈. — Dolopes autem Aeaci socii sunt. 𝔅. — *Duri*) Crudelis. 𝔈𝔇𝔎. — *Miles*) Pro multis. 𝔎. — *Ulixi*) pro Ulixii. 𝔎. —

V. 8. *Temperet*) Cohibeat se. 𝔅. — Abstineat se. 𝔉𝔍. — Cohibeat, et est sensus: Nec ipsi hostes poterunt fletus restringere. 𝔈. — Pro temperaret, i. e. abstineret se. 𝔎. — *Humida*) Roscida. 𝔉. — Quia maxima pars noctis transierat. 𝔅. —

V. 9. *Praecipitat*) Pro praecipitatur. 𝔅𝔈𝔇𝔍. — Festinat. 𝔉. — Praecipitatur, i. e. finitur. 𝔎. — *Suadent*) Hortantur. 𝔅𝔉. — *Cadentia*) Quae desinunt videri. 𝔎. — I. e, labentia,

hoc enim non faciunt, nisi maxima parte noctis transacta. 𝔍. — Occidentia, quia alia occidunt, dum alia oriuntur. 𝔉. — Occidentia vicinitate diei; vel est perpetuum epitheton siderum, quia, aliis occidentibus, alia semper oriuntur. 𝔅. — Aut est epitheton siderum, quae dum oriuntur, (alia) occidunt; aut majorem vult ostendere partem noctis. ℭ. — *Somnos)* Ut dormitum eamus. 𝔅. —

V. 10. *Sed si)* Temporis consideratio hic habetur. ℭ. — *Si tantus)* Est (𝔍.) tibi. 𝔉𝔎. — *Amor)* Aviditas. 𝔅. — *Casus)* I. e, pericula. 𝔉. — *Casus cognoscere)* Graeca figura, pro casuum cognoscendorum. ℭ. — Nostrorum casuum cognoscendorum. 𝔎. — *Cognoscere)* Agnoscimus propria, cognoscimus aliena. Hanc proprietatem ostendit Virgilius in hoc loco, dicendo Aeneas ad Didonem, quae utique extranea erat: Si tantus am. cas. cogn. nostros. 𝔅. —

V. 11. *Et)* Et si tantus amor (𝔉.) est tibi. 𝔎. — *Breviter)* I. e. paucis verbis. 𝔉𝔍. — *Supremum)* Ultimum. 𝔅ℭ𝔉. — Novissimum. 𝔍. — *Supremum audire)* Supremi laboris audiendi. 𝔎. —

V. 12. *Quamquam)* Quamvis. 𝔉. — Licet. 𝔍. — Praesenti melius jungitur tempori, ut quamquam lego, etc. ℭ. — *Meminisse)* Recordari. 𝔎. — Praesens pro praeterito, quod est memini. ℭ. — *Horret)* Pavet. 𝔉. — Expavescit. 𝔅ℭ. — *Luctu)* I. e. propter luctum. 𝔅. — Propter dolorem. 𝔎. — *Refugit)* Sc. recordari. 𝔅. — Renuit narrare. 𝔎. — Praeteritum pro praesenti. ℭ. —

V. 13. *Incipiam)* Scil. narrare (𝔉.) tibi, o regina. 𝔎. — Sc. incipiam narrare. 𝔅. — *Fracti)* Contriti (𝔅.) a nobis. ℭ. — Superati. 𝔉. — *Bello)* In proelio. 𝔉. — *Fatisque)* Propter fata. 𝔎. — Purgatio a persona et laus Trojanorum est, quod sunt fracti bello, quod est superati. 𝔅. — Oraculis multis, Troilo, Palladio, Sepulcro Laomedontis acaugente (?), Rhesi equi multi (?), Herculis sagittae. 𝔇. — Oraculis. Acceperant enim, quamdiu palladium Minervae et Laomedontis sepulcrum integrum staret, pariter et fortunam Trojae. ℭ. — Secundum historiam tria fuerunt fata Trojanorum, etiam totidem Graecorum. Fata Trojanorum fuerunt: vita Troili, quem Polymestor, rex Thraciae, singulari certamine interfecit, dans locum fatis, conservatio veri palladii, tertium inviolatio sepulcri Laomedontis, quod erat in Scaea porta; fata vero Graecorum erant progenies Aeaci, unde et Pyrrhus, admodum puer ad bellum ductus est, quod erat de progenie Aeaci, sagittae etiam Herculis, quae prodente Philoctete .... *) armigero in ejus sepulcro repertae sunt, et equi Rhesi, quos Diomedes, sicut jam lectum est, nocte abegit et in castra Graecorum transduxit, et hoc tangit Virgilius his verbis: repulsi fatis, tam Trojanorum videlicet, quam suis ipsis fatis, quia si (?) fata impleta fuerant et Troja invicta permanserat. 𝔅. — *Repulsi)* Rejecti. 𝔎. — Ejecti a diis. 𝔉. —

V. 15. *Ductores)* Principes. 𝔉. — Duces primi. ℭ. — Sonorius est, quam duces. 𝔅. — *Danaum)* I. e. Danaorum. 𝔎. — Graecorum. 𝔉. — *Tot)* Tam multis, i. e. decem. 𝔎. — I. e. decem, quibus dimicaverunt contra Trojam. ℭ. — *Labentibus)* Volventibus. 𝔉. — Velocibus. ℭ𝔇𝔎. — Purgatio a tempore, id est decem. 𝔅. —

V. 15. *Instar)* Ad equi comparationem. 𝔎. — Imbellium factum ostenditur. Instar nomen est indeclinabile. 𝔅. — Nomen est indeclinabile et ponitur in similitudinem. Quod ait equum, alludit ad montem Hippium, ubi se absconderunt Graeci, licet alii sentiant aliter. ℭ. —

---

*) Quatuor appositae sunt notae tironianae, quarum significatio mihi incognita.

Nomen indeclinabile licet Probus instaris declinaverit, ut nostoris (nectaris?), et caret praepositione, sicut peregre, quamvis Serenus lyricus ad instar dixerit. Instar autem est ad similitudinem, unde non restaurata, sed instaurata dicuntur aedificia ad antiquam similitudinem facta. 𝔍. — *Montis*) Quidam dicunt, habuisse eum in longitudine C pedes, in altitudine L, cujus oculos et genua mobilia tradunt, quod Virgilius et Homerus probant. 𝔅. — *Palladis*) Dolosae vel ingeniosae. 𝔇. — Aut ingeniosae, aut dolosae. 𝔎. — Pallas Minerva ipsa est, inventrix omnium artificiorum, ut fama perhibetur. 𝔉. — Id est Minervae, quae dea erat artium, quod actum est aut ingeniose aut odiose (dolose). 𝔈. — Et divina arte et Palladis arte. Pallas apud Graecos ideo maxime colitur et veneratur, quia est dea (?) artium, et Graeci maxime artibus student. 𝔅. —

V. 16. *Aedificant*) Instruunt. 𝔉. — Translatio est a navibus. 𝔎. — Construunt et est translatio a navibus. 𝔈. — Aedificandi manifesta est significatio. Ab eo tractum est, ut quaeque fabricantur, quali; (Palladis) opera aedificari dicantur, ut hic Maro. 𝔍. — *Secta*) Dolata 𝔅𝔈. — Fissa, folita (pol-). 𝔉. — Pro sectis abietibus. 𝔎. — *Intexunt*) Implicant et quodammodo inserunt. 𝔅. — *Abiete*) Abies et pinus et acer fraudium et insidiarum contrarietiae (?) signant. 𝔈. — De abiete hic equus fabricatus fuit, quia abies fortiter tolerat tempestates, et fulminata interitum et mortem domini vel dominae suae (?) denuntiat, et hic equus ruinam profiguravit Trojae, dominae suae. Dicitur etiam de acernis lignis fuisse, acer enim arbor Stupori deae est consecrata, et hic equus stuporem Trojanis incussit. De pinu etiam ajunt eum fuisse, quia pinus subter sedentes casu pomorum interficit, veluti (?) et Trojanis equus ille exitium fuit. De hoc etiam equo pervaria est opinio. Alii dicunt, eum fuisse factum . . †), quod historia narrat, consentiente Virgilio, alii vero machinam quandam, qua muri Trojae fuerint fracti, fuisse contendunt. Nonnulli etiam a poetis fictum affirmant; plerique etiam equestri certamine Trojam captam fuisse referunt. Alii quidam per Hippiam portam Graecos Trojam ingressos esse affirmant, quae porta ab equo nomen accepit, hippos quippe Graece equus dicitur, et illa porta equum habebat depictum. Dicunt etiam complures, quod post montem Hippium ingressuri Graeci Trojam latuerint. 𝔅. — *Costas*) Latera. 𝔈. —

V. 17. *Votum*) Donum. 𝔉. — Oblatum 𝔈. — Participium, oblatum. 𝔇. — Donum oblatum. Votum hic participium est ab eo, quod est voveo, votus. 𝔅. — Equum oblatum, ut redire possint in patriam. 𝔎. — *Pro reditu*) Pro reversione. 𝔉. — *simulaut*) I. e. fingunt 𝔅𝔇𝔉. — Simulabant reditum interposito tamen bellandi studio. 𝔅. — Quia studio belli, ut claruit, fecerunt, non reversionis. 𝔈. — *Ea*) Talis. 𝔈. — *Fama*) Opinio. 𝔉. — *Vagatur*) Discurrit. 𝔇. — Devulgatur. 𝔉. — Id est, discurrit per Trojanos. 𝔅. — Discurrit. Hic se excusat, quasi omnibus esset notum. 𝔈.

V. 18. *Huc*) Intra. 𝔍. — Ibi. 𝔉. — Pro illuc. 𝔅. — Illuc in equum. 𝔎. — *Virum*) Virorum. 𝔈. — Fortium. 𝔎. — *Delecta*) Electa. 𝔉𝔍. — Delectorum. Synecdoche. Tapinosis. 𝔇. — *Sortiti*) Sorte usi. 𝔉. — Licet multi per sortem, pauci tamen electi sunt ex ipsis. 𝔈. — Contrarium est. Dicit delecta et sortiti; hi enim sunt, quibus sors cecidit. Non fuit necesse, ut eligerentur; sed sciendum, quod primum electio facta est, deinde sors missa. 𝔅. —

V. 19. *Caeco*) Tenebroso. 𝔅. — Latebroso. 𝔉. — *Caeco lateri*) Equi 𝔉. — Caecis late-

†) Nonnullae notae tironianae hic sunt appictae, quas cognoscere non possum.

ribus. 𝔎. — Singularis pro plurali. 𝔈. — *Penitus*) Omnino. 𝔉. — Valde. 𝔎. — Ex toto. 𝔅𝔈. — *Cavernas*) Cervicis, armorum, femorum et quicquid esse potuerunt praeter uterum. 𝔅. —

V. 20. *Ingentes*) Ausittapinosis (leg. Antitapinosis). 𝔈. — *Uterum*) Illius equi. ℑ𝔎. — Ventrem. 𝔅. — Uterus proprie mulierum est, alvus virorum, venter autem et virorum et mulierum; sed hic abusive posuit pro . . . (usu) suo poeta. 𝔈. — *Armato milite*) Pro armatis militibus. 𝔅𝔇𝔉ℑ𝔎.

V. 21. *In conspectu*) In promptu. 𝔅. — scil. Trojae (𝔈𝔎.), ante Trojam. 𝔉ℑ. — Talis est descriptio hujus loci, ut et Trojanos posset avertere a suspicione, et Graecos posset celare **). 𝔅𝔈. Propterea dixit insula, quo transire nec videri possent praeter illam. 𝔅. — *Tenedos*) Proprium nomen insulae. 𝔉. — Insula (𝔇.) dicta a Tene. 𝔎. — Tenes fuit quidam. 𝔈. — Tenedos est insula prope Trojam, ubi latuerunt Graeci, dicta a Tenne, qui cum improperaretur (ei exprobraretur?) quod cum noverca stuprum perpetrasset, sicque non valens ferre turpitudinem, Trojam deseruisset, ad illam insulam recessit, quae famosissima propter perpetratum scelus apud Trojanos facta est. 𝔅. — *Notissima*) Valde nota. 𝔎. — *Fama*) Infamia. 𝔇. — Septimus casus. 𝔅. —

V. 22. *Insula*) Cygnus, filius Neptuni, ex Proclea filios habuit Tenetem et Dimetem. Horum noverca Polyba cum Tenetem inceste amaret et ad stuprum impellere non potuisset, apud patrem criminata est illum; quem pater cum sorore, quae eum sponte sequebatur, includens in mare projecit. Quibus insontibus Neptunus opem ferens (ad) insulam, quae Leucaprix vocatur, appulit. Inde a Tenede Tenos (-nedos) dicta est. 𝔅. — *Opum*) Genetivus. 𝔈. — *Dum*) Donec. 𝔉. — Manebant) Consistebant. 𝔎. —

Cum codices ipsos descripserim et specimen varietatis scripturae et scholiorum proposuerim, spero, fore, ut talium rerum gnari sententiam de his codicibus ferre possint. Certum est, scholia horum codicum conjuncta copiosiora, quam Servii commentaria esse, et multa, quae frustra apud Servium quaerantur, continere; sed valde dolendum est, quod horum scholiorum auctores perraro scriptorum loca adscripserunt. Jam restat, ut nonnulla de tabula lithographica septima et octava adjiciam. Septima tabula specimen VII. sumtum ex codice 𝔉., specimen VIII. ex codice 𝔊., et specimen IX ex codice ℑ. continet; tabulae vero octavae specimen X ex codice 𝔎. et specimen XI ex codice 𝔏. est. Cum imprimis codicum ℑ𝔎. compendiaria scriptura et litterarum connexiones innumerabiles sint, eas non addidi.

**) In 𝔈 legitur: *et hostes celare.*

LECTIONES

A PROFESSORIBUS ET DOCTORIBUS PRIVATIS PER AESTIVUM SEMESTRE SPATIUM

MDCCCXXXXI

HABENDAE.

I. ORDO THEOLOGORUM.

Encyclopaediam et methodologiam, ternis horis, Dr. *Gelpke*, P. e.
Syntaxin Hebraicam cum exercitationibus conjunctam, ternis horis, *Theoph. Studer*, priv. doc.
Interpretationem psalmorum gravissimorum, binis horis, Dr. *Lutz*, P. o.
Librum Danielis, quinis horis, *idem*.
Introductionem grammaticalem in N. T., conjunctam cum interpretandi exercitationibus, bin. hor., *Th. Studer*.
Epistolam ad Romanos, sept. hor., Dr. *Lutz*, P. o.
Interpretationem ad usum aptam epistolarum Petri, bin. hor., *Zyro*, P. o.
Historiam temporis, quod in N. T. describitur, ternis hor., Dr. *Schneckenburger*, P. o.
Historiae ecclesiasticae partem alteram, octon. hor., Dr. *Hundeshagen*, P. e.
Historiam dogmatum, tern. hor., *idem*.
Quam vim philosophia inde a Cartesii tempore usque ad Kantii aetatem in theologia habuerit, exponet tern. hor., Dr. *Schneckenburger*, P. o.
Dogmatices partem priorem, senis hor., Dr. *Gelpke*, P. e.
Morum doctrinae partem specialem, quatern. hor., Dr. *Schneckenburger*, P. o.
Symbolices partem priorem: quomodo Catholicismus et Protestantismus sibi invicem opponantur, quatern. horis, *idem*.
Catecheticen, bin. hor., *Zyro*, P. o.
Liturgicen, tern. hor., *idem*.
Doctrinam pastoralem, bin. hor., *Schaffter*, P. e.
Exercitationes concionandi, octon. hor., *Zyro*, P. o.
Exercitationes Gallice concionandi, singul. hor., *Schaffter*, P. e.

II. ORDO JURISCONSULTORUM ET CIVITATUM MODERANDARUM DISCIPLINAS DOCENTIUM.

A. *Jurisconsulti.*

Encyclopaediam, quatern. hor., Dr. *R. Schmid,* P. e.
Jus naturale, sen. hor., Dr. *Gu. Snell,* P. o.
Examina de jure generali et de processu civili, tern. hor., Dr. *S. Schnell,* P. o.
Institutiones juris Romani, octon. hor., Dr. *R. Schmid,* P. e.
Examina de jure Romano, bin. hor., *idem.*
Historiam juris Romani, quatern. hor., *Glück,* priv. doc.
Jus civile Germanicum, sen. hor., Dr. *Rheinwald,* P. e.
Jus civile Gallorum comparatum cum jure Romano,, senis hor,, Dr. *Gu. Snell,* P. o.
Constitutionem rei publicae Bernensis, praemissis principiis juris civitatum, tern. hor., Dr. *S. Schnell,* P. o.
Historiam constitutionis ecclesiae christianae, quatern. hor., *Glück,* priv. doc.
Processum civilem communem, comparatum cum Bernensi, senis hor., Dr. *Rheinwald,* P. e.
Processum civilem Bernensem, sen. hor., Dr. *S. Schnell,* P. o.
Processum criminalem, sen. hor., Dr. *Gu. Snell,* P. o.

B. *Civitatum moderandarum disciplinae.*

Oeconomiam publicam, sen. hor., Dr. *Herzog,* P. o.
Principia statistices, tern. hor., *idem.*
Jus publicum foederatorum Helvetiorum, tern. hor., *idem.*

III. ORDO MEDICORUM.

A. *Medicinam hominum docentes.*

Introductionem in medicinae studium, bin. hor., Dr. *C. Emmert,* pr. doc.
Historiam medicinae, tern. hor., Dr. *Theile,* P. e.
Comparativam de sceleto doctrinam, sing. hor., *idem.*
Anatomiam comparativam, exclusa osteologia, quatern. hor., Dr. *Valentin,* P. o.
Physiologiam, den. hor., *idem.*
Anatomiam pathologicam innatarum deformitatum, bin. hor., *idem.*
Anatomiam pathologicam, exclusa de deformitatibus innatis doctrina, tern hor., Dr. *Theile,* P. e.
Quomodo aegrotantium historiae scribendae sint, bin. hor., Dr. *Gu. Emmert,* pr. doc.
Pathologiam et therapiam generalem, quat. hor., Dr. *Rau,* P. e.
Pathologiam et therapiam generalem, quat. hor., Dr. *C. Emmert,* pr. doc.
Materiam medicam, quatern. hor., Dr. *Rau,* P. e.
Materiam medicam et formularum medicarum scribendarum doctrinam, sen. hor., Dr. *C. Emmert.*
Pathologiam et therapiam specialem internorum chronicorum morborum, den. hor., Dr. *Vogt,* P. o.
Pathologiam et therapiam morborum syphiliticorum, quin. hor., Dr. *Tribolet,* P. e.
Artem chirurgicos morbos cognoscendi, bin. hor., Dr. *Gu. Emmert.*

Chirurgiam theoreticam, sen. hor., Dr. *Demme,* P. o.
Praxin chirurgicam, duoden. hor., *idem.*
Exercitationes obstetricias in phantomate et in feminis, sen. hor., Dr. *Hermann,* P. e.
Clinicen medicam, quatern. hor., Dr. *Vogt,* P. o.
Praelectiones clinicas de morbis gravioribus, quatern. hor., Dr *Fueter*, P. e.
Policlinicen, quotidie, *idem.*
Clinicen chirurgico-ophthalmiatricam, quotidie, Dr. *Demme,* P. o.
Policlinicen ophthalmiatricam, bin. hor., Dr. *Rau,* P. e.
Clinicen obstetriciam, Dr. *Hermann*, P. e.

B. *Medicinam veterinariam docentes.*

Initia botanices, tern. hor., *Koller,* P. e.
Botanicen practicam, quatern. hor., *Rychner,* P. e.
Examina de scientiis naturalibus, inprimis de chemia, sen. hor. instituet, *Gerber*, P. e.
Examina de anatomia, tern. hor., *Rychner,* P. e.
Physiologiam animalium domesticorum, sen. hor., *Gerber,* P. e.
Examina de pathologia generali, tern. hor., *Koller,* P. e.
Examina de pathologia et therapia generali, tern. hor., *Rychner*, P. e.
Examina de pharmacologia, tern. hor., *Koller,* P. e.
Pharmacologiam cum examinibus de pharmacodynamice, tern. hor., *Rychner,* P. e.
Artem formulas medicas conscribendi, bin. hor., *Koller,* P. e.
Pathologiam et therapiam specialem majorum domesticorum animalium, quin. hor., *Anker,* P. e.
Chirurgiam veterinariam, quatern. hor., *Koller,* P. e.
Chirurgiam veterinariam practicam, tern. hor., *Anker*, P. e.
Clinicen veterinariam, sen. hor., *idem.*

IV. ORDO PHILOSOPHORUM.

A. *Philosophia proprie dicta.*

Encyclopaediam philosophicam academicorum studiorum, quatern. hor., Dr. *Troxler*, P. o.
Historiam philosophiae recentioris temporis, quatern. hor., *idem.*
Logicen, tern. hor., Dr. *Gruber,* priv. doc.
Psychologiam, quin. hor., *idem.*
Aestheticen, bin. hor., *idem.*
Disputationes philosophicas instituet, bin. vel tern. hor., Dr. *Troxler*, P. o.

B. *Philologia.*

a. Litterae antiquae.

Mythologiam antiquorum populorum, inprimis Graecorum et Romanorum, quatern. hor., Dr. *Müller*, P. e.
Orationes publicas Thucydidis, tern. hor., Dr. *Rettig,* P. e.

Aristophanis nubes, tern. hor., Dr. *Müller*, P. e.
Panegyricum Isocratis, tern. hor., *Jahn*, P. e.
Paedagogum Clementis Alexandrini, bin. hor., *A. Jahn*, priv. doc.
Ciceronis libros de legibus, tern. hor., *Ed. Schnell*, P. e.
Annales Taciti et Ciceronis orationem Catilinariam primam, quatern. hor., *Jahn*, P. e.
Taciti Agricolam, tern. hor., Dr. *Rettig*, P. e.
Institutiones Justiniani grammatice et historice quat. hor. interpretabitur, *Ed. Schnell*, P. e.
Latinam linguam practice docebit tern. hor. *idem.*

b. Litterae recentiores.

Exercitationes Germanice scribendi instituet tern. hor. *Jahn*, P. e.
Shakespearii Othellonem, tern. hor., *idem.*
Historiam litterarum Gallicarum seculi XVIII., quin. hor., *Richard*, P. e.

C. *Historia.*

(vacat.)

D. *Mathesis.*

Principia algebrae et geometriae, tern. hor., *E. Volmar*, P. e.
Geometriam, tern. hor., *Gerwer*, priv. doc.
Trigonometriam, tern. hor., *idem.*
Geometriam analyticam, bin. hor., *E. Volmar*, P. e.
Calculum differentialem, tern. hor., Dr. *Trechsel*, P. e.
Hydrographicen, isopedometriam, hypsometriam, hydotacho- et hydoplethometriam, theoretice et practice. tern. hor., *idem.*
Scenographiam et sciographiam, bin. hor., *Pursh*, priv. doc.
De materiarum firmitate et aliis rebus mechanices quaestuosarum rerum, quatern. hor., *E. Volmar*, P. e.

E. *Scientiae naturales.*

Encyclopaediam et historiam scientiarum naturalium, quin. hor., Dr. *Perty*, P. o.

a. Physice.

Physicen generalem, sen. hor., Dr. *Trechsel*, P. o.
Physicen experimentalem, quatern. hor., Dr. *de Tscharner*, P. e.
De calore, luce, magnetismo, electricitate, galvanismo, quat. hor., *idem.*
Opticen et thermasiologiam, tern. hor., Dr. *B. Studer*, P. e.
Chemiae generalis partem alteram, sen. hor., Dr. *Brunner*, P. o.
Chemiam analyticam cum praxi conjunctam, sen. hor., *idem.*

b. Historia naturalis.

Entomologiam, quatern. hor., Dr. *Perty*, P. o.
Botanicen generalem, quatern. hor., Dr. *Wydler*, P. honor.

Observationes microscopicas instituet tern. hor. Dr. *Perty*, P. o.
Geologiam, quin. hor., Dr. *B. Studer*, P. e.
De Europae Geographia, de Alpium Europ. montibus et de Europae peninsulis, bin. hor., *Bischoff*, priv. doc.

F. *Tactice.*

Graviores Helvetiorum pugnas ab antiquissimo aevo usque ad recentissimum tempus, quatern. hor., *Lohbauer*, P. e.
Tacticen generalem et elementarem, bin. hor., *idem.*
De munimentis campestribus, bin. hor., *idem.*

G. *Artes.*

Artem pingendi et secundum naturam delineandi, den. hor., *J. Volmar*, P. e.
Artem res anatomicas delineandi, *idem.*
Artem topographice delineandi, sen. hor., *idem.*
Doctrinam de harmonia et melodia, quatern. hor., *Pursh*, priv. doc.
De cantibus in orbem recurrentibus et de contrapuncto, bin. hor., *idem.*
Organicen, bin. hor., *idem.*

Corrigenda.

Pag. 3. lin. 40. *de causa.* lin. 41. *555.* lin. 42. *manu.* Pag. 4. lin. 6. *395. calo.* Pag. 8. lin. 5. *initio.* lin. 27. *Tab. IV. Specim. IV.* Pag. 9. lin. 27. *accumulavit.* lin. 40. *potes.* Pag. 10. lin. 3. *recentiore.* lin. 19. delendum est comma post voc. quoque. Pag. 12. lin. 17. *significare.* lin. 18. *oblivionem.* Pag. 13. lin. 10. (*-voves?*). Pag 14. lin. 18. *Asinium.* Pag. 16. lin. 7. Georgica. Pag. 17. lin. 19. *loquitur.* Pag. 23. lin. 37. *quomodo.* Pag. 25. lin. 6. *discipulum.* Pag. 32. col. 2. lin. 3. *quia.* Pag. 36. lin. 28. *specimen.*